FLORA GERMANICA EXCURSORIA.

Sectio I. ACRŌBLASTAE, ed. 1830.

Sectio II. PHYLLOBLASTAE.
Synchlamydeae et Sympetalae, ed. 1831.

Sectio III. PHYLLOBLASTAE.
Calycanthae et Thalamanthae, ed. 1832.

Ordinem sequitur libellus quem antea exposuit:

CONSPECTUS REGNI VEGETABILIS per gradus naturales evoluti. Pars I. Clavis herbariorum hortorumque seu dispositio regni vegetabilis secundum classes, ordines, formationes, tribus, genera et subgenera, adjecto indice locupletissimo generum, subgenerum, synonymorum et nominum francogallicorum. Lipsiae ap. C. Cnobloch. 1828.

Icones meas hoc in libello citatas continent opera haec, Lipsiae ap. Friedr. Hofmeister edita:

ICONOGRAPHIA BOTANICA SEU PLANTAE CRITICAE.

Icones plantarum rariorum et minus rite cognitarum Florae Europeae etc. delineatae et cum commentario succincto editae. Quodvis volumen continet centum tabulas aeneas in quarto, nigras aut opt. coloratas.

Centuria tabularum I. edita	1823.	cont. ic. plantarum	1	—	210.
Cent. II.	— 1824.	—	—	211 —	342.
Cent. III.	— 1825.	—	—	343 —	473.
Cent. IV.	— 1826.	—	—	474 —	586.
Cent. V.	— 1827.	—	—	587 —	693.
Cent. VI.	— 1828.	—	—	694 —	819.
Cent. VII.	— 1829.	—	—	820 —	939.
Cent. VIII.	— 1830.	—	—	940 —	1080.
Cent. IX.	— 1831.	—	—	1081 —	1220.
Cent. X.	— 1832.	—	—	1221 —	

ICONOGRAPHIA BOTANICA EXOTICA, seu hortus botanicus, imagines plantarum inprimis extra Europam inventarum colligens, cum commentario succincto editus. (Intersunt nonnullae rariores europaeae.)

Cent. tabularum I.	prodiit 1824 — 1827.	continet plantas	1	—	100.
Cent. II.	— —	—	—	101 —	200.
Cent. III.	— 1830.	—	—	201 —	250.

ILLUSTRATIO SPECIERUM ACONITI GENERIS, additis Delphiniis quibusdam. Cum tab. aen. coloratis LXXII. in folio, prodiit 1823—1827.

Originalia specimina sicca plantarum hic descriptarum refert sequens opus quod in eodem bibliopolio prostat:

FLORA GERMANICA EXSICCATA, sive Herbarium normale plantarum selectarum criticarumve in Germaniâ propriâ vel in adjacente Borussiâ, Austriâ et Hungariâ, Tyrolî, Helvetiâ Belgiâque nascentium, concinnatum editumque a Societate Florae Germanicae (membris ultra sexaginta), curante Ludovico Reichenbach.

Quovis semestri Centuria prodiit et accurate continuabitur.

Anno	1830.	edita est Phanerog.	Centuria I.
Vere	1831.	— — —	Centuria II.
Autumno	1831.	— — —	Centuria III.
Vere	1832.	— — —	Centuria IV.
Eod. tempore		— — Cryptog.	Centuria I.

Quod reliquum est, plantarum pro meo herbario mihi desideratarum, utilium novarumve ad me missos fasciculos, ubi desiderata quibus ullo modo satisfacere possim, rite indicantur, quam citissime post adventum remunerabo. Alioquin praefero *scripta* quibus forte carerem, *zoologica* atque *botanica*, nec non omnium classium *animalia* rite praeparata.

AUCTOR.

QK 314
.R4
1830-32
v.1

FLORA GERMANICA
EXCURSORIA

EX AFFINITATE REGNI VEGETABILIS NATURALI DISPOSITA,

SIVE

PRINCIPIA SYNOPSEOS
PLANTARUM

IN GERMANIA TERRISQUE IN EUROPA MEDIA ADJACENTIBUS
SPONTE NASCENTIUM CULTARUMQUE FREQUENTIUS,

AUCTORE

LUDOVICO REICHENBACH,

Consil. Aul. Reg. Saxon.
Dr. Philos. Medic. Chir. Hist. Nat. Prof. Musei Reg. Zoolog. et
Mineralog. Praefect. Horti Bot. Acad. Dresd. Direct.
Acad. et Societ. plur. Sodali.

Exponere, non confundere naturam!

(pp. 1–430)

Insunt plantae:
ACROBLASTAE et PHYLLOBLASTAE.

Accedit:

I. Conspectus generum et clavis e systemate sexuali Linnaeano.
II. Expositio methodi naturalis cum tabulâ.
III. Index generum et specierum synonymicus locupletissimus, simul ad sublevandum commercium botanicum adaptatus, et seorsim accipiendus.
IV. Mappa geographica sistens: *Territorium Florae.*
V. Mappa orographica sistens: *Alpium tractum.*

Mo. Bot. Garden,
1897

LIPSIAE
APUD CAROLUM CNOBLOCH.
1830 — 1832.

Dresden,
gedruckt in der Gärtner'schen Buchdruckerei.

VIRO

PRAECLARISSIMO, EXPERIENTISSIMO, DOCTISSIMO,

DAV. HENRICO HOPPE

Med. Dr. Bot. Prof. Soc. Reg. Bot. Bav. Ratisb. Directori
etc. etc. etc.

DE RE HERBARIA PROPAGANDA ULTRA SEMISECULUM PRAE CETERIS INSIGNITER MERITO,

GERMANIAE BOTANICORUM PATRIFAMILIAS,

AMICO SUMME VENERANDO

SINCERRIMO INTEGERRIMOQUE

HANC

GERMANIAE FLORAM

ANIMI SUI GRATI DOCUMENTUM

OFFERT

AUCTOR.

PRAEMONENDA.

En tandem pro tempore viribusque interdum absolutam Florulam nostram. Forma commoda, typorum expositio perspicua, factorum sedula collectio, rerum concentratio, objectorum congruens explicatio, auctorum bonorum comparatio, propriorum oculorum auctoritas, characterum concinnitas, verborum claritas, locorum veritas et correctio rara — momenta sunt, nisi semper impetrata, semper tamen ab auctore appetita. In magnis voluisse sat est, et longe facilius erit, millena in libro vituperare, adeo emendare, quam ejus millesimam partem componere; longe facilius porro, voluminosum opus conscribere, quam facta tantum potiora, omni loquacitate aut vacillatione missa, in nuce colligere. Quod quum aliquo certe modo perfecisse putarem, libellum nunc botanicis offero, *usui practico* magis forte quam Floram ullam huc usque editarum adaptatum, quae quidem adaptatio, dummodo assecutam diceres, hac inprimis nostrâ, quamvis typothetae molestissimâ typorum dispositione, quantum scimus, hic primum in botanicis tentatâ, assecuta esse, facile intelligitur. Praecox quorundam judicium ex abrupta libelli nostri sectione prima haustum, quod opus tironibus non satis conveniat, jam satis superque refutatum est eo, quod purissimam in eo legant naturam, et *Conspectum* inveniant, *e systemate sexuali Linnaeano*, *commodiorem* et *magis excultum*, quam in ullâ reliquarum Florarum. Itaque etiam tirones invitatos cupio libelli lectores, eosque inprimis qui non integram per suam vitam in tironatû perseverandi consilium ceperunt, sed qui post sua tirocinia, scientiam ipsam amplecti studerent; his facilis erit intellectu libellus, hisque meam operam lubenter impendi. Lusum hodie solennem cum speciebus varietatibusque (*Varietätenkrämerei Hopp.*) illis, qui desiderio scientiae *potiora* nec sentiunt nec appetunt, nec apparatu literario, nec fontibus limpidis in universum adjuti, de speciorum valore, identitate aut di-

versitate judicium ferre nequeunt, illis uno verbo, de quibus pag. VI. infra locutus sum, relinquo. Isti ludant etiam cum meis pro lubitu, me medium tenuisse mei conscius, non contradicam. Qui species numero malunt augere: augeant, qui reductas cupiunt: quae displicent reducant deleantque; officio, quod mihi est erga meam propriam persuasionem, satisfecisse palam profiteor, et hoc est quod aequus lector auctori concedit. Magistri tandem eruditi opus praesens emendent, et reductionem specierum Florae Germanicae, ex *alienis* principiis, quasi genealogicis petendam, mox cum lectoribus meis communicabo, ut etiam reductiones atque combinationes e principiis mihi nec ex arbitrio pendere, compertum habeant.

× signo hybriditatis usus sum in sectione secunda tertiaque.

In indice p. 875. addetur: Euphorbia ... 755.

Sic utere mecum L. B. hac *Florâ Germanicâ criticâ* cum suis *addendis* (a pag. 137—140$^{20.}$ et a p. 843—873.), in indice singulatim citatis, e numero specierum facile comparandis, quae cito sequentur: *Novitiae Florae*, pag. 841. indicatae.

Dresd. d. 1. Junii 1832.

AUCTOR.

CANDIDO LECTORI.

FLORA quae *naturam* vegetabilium territorio Germanico indigenorum exponit, alia longe videbitur ac illa, quae genera speciesque tantum enumerandô, naturam a se praescriptis regulis artis coërcet. Illius indolis Floram, sui generis defectu, ubi editur, facile excusabis.

NOSTRA *primo* intendit in id, quod evolutionem naturae vegetabilis intra fines nostros, explicet; *secundo:* quod affinitates plantarum ipsarum in Europâ mediâ crescentium, generum specierumve rite demonstret; *tertio;* auctores indicat generibus speciebusque genuinos; *quarto:* definitiones praebet a speciminibus ipsissimis et pro magna parte *vivis* depromptas, notis variis habitualibus superadditis suffultas; *quinto:* synonyma bonorum auctorum necessaria, caute explorata comparat additque; *sexto:* — quod summi duco — icones citat autoptas, rite comparatas, quae adspectae reliqua dubia facile solvunt; *septimo:* geographicas plantarum stationariasque rationes quantum fieri potuit, refert; *octavo:* inventores rariorum plantarum certos et inprimis speciminum visorum auctoritate cognitos, natalibus locis adscripsit; *nono:* tempus florendi verum indicavit; *decimo:* durationem solitis exhibendam signis non neglexit.

FINES Florae nostrae ita extendimus ut eam si mavis *Europae mediae* Floram appelles, noluimus enim ut pars quaedam ullô vel physicô vel politicô jure huc relata desideraretur, ita Borussiam omnem, Austriam omnem cum Galiciâ, Hungariâ, Transsylvaniâ, Dalmatiâ, Tyroli et Italiâ superiori ad Padum usque extensam, Helvetiam cum terra Pedemontanâ et Belgiam invenies receptam. In Florâ gallicâ ipsam dissitissimam Corsicam insulam haud frustra quaeris, nec unquam Flora videtur territorii geographia physica, sed libellus plantas exhibens quae e centro quodam egressuris ad terminum certum periphericum progredientibus obviam erunt legendae. Cf. *Fl. bot. Zeit.* 1824. 543. Tabula demonstrabit ulterius fines.

EVOLUTIONEM naturalem exponendô semper ab inferioribus et simplicioribus plantis egredi, nec a magis absolutis regredi debere putavimus, dispositionem antea datam sequendo. *)

PARS cryptogamica praesentem secutura erit, infimos illos gradus explens et supplens. *Classium, ordinum, familiarum, generum specierumque* evolutio nostra est, nec e scriptoribus relata, quam ob rem differentias examinabis, examinatas fortasse minus vituperabis.

MEDIUM illud sane aureum, in omni quâ fieri potuit ratione tenere, utinam non frustra, conatus sim. Ardua res est, quod illud hodie distinguas, ex utraque parte solent evagari auctores.

---

*) Conspectus regni vegetabilis. Lipsiae 1828.

GENEALOGICAM quasi specierum e suis generibus evolutionem, cujus eximium exemplum erudito WALLROTHIO de rosis disserenti debemus, summi aestimo, ultimum in ejusmodi dispositionibus agnosco scientiae finem, verissimoque tramite ingressuros esse desideratissimoque, qui cl. UECHTERITZII atque HEGETSCHWEILERI studia sequantur, mihi persuasissimum habeo. Sed multum abesse, nihilominus judico, quin ea quae resultent ex abruptis ejusmodi generum quorundam vel potius specierum quarundam aggregationibus, in Floram aut in vegetabilium systema recipiamus, quum totam quae superest molem specierum, tam ingeniosis correctionibus expertem, contrariisque principiis superstructam doctissimi viri reliquerint illi.

Summum enim desiderium ponitur in CONSEQUENTIA! — logices ipsius quandam expositionem ingenue dixit naturalem historiam ill. VOIGT. Haec autem ipsa consequentia desideraretur omnino in Flora vel in systemate, in quo singula genera vel adeo particulae generum ex illis principiis congregarentur, dum centena et iterum centena genera contrariô fundamentô niterentur. Exempla sunt in promptu, sed neutiquam imitanda et ipsa consequentia cum reliquis logices principiis hodie magis magisque rarescit in Floris.

Sic a POTIORI feliciter petimus normam, ut semper fieri solet, ubi ad naturam agnoscendam describendamque aggredi velimus.

SPECIERUM igitur nomine proposuimus omnes plantas, quae characteres certos praebent et servant satione repetita, quotannis distinguendos. Qui transitum curant, ubi plantarum individuis divites erunt, non in omnibus fere tantum unius generis speciebus, imo in multis plurimisque unius familiae generibus tandem limites desiderabunt. Quis enim est, ut utar exemplo, qui *Poas* omnes a *Festucis*, *Bromos* omnes ab illis, *Scillas* ab *Ornithogalis*, *Narcissos* a *Crinis* innumeraque alia genera certis limitibus se circumscripsisse jactet? qui nesciat cl. FLÖRKEUM in confirmandis *Capitulariis* normas semper elegisse? qui singula genera singulasque species in rerum natura nec non in scientia, antiquitate sua optime confirmatas, *nusquam* ex individuis omnibus singulisque agnosci posse, non intelligat?

Ita potius MAJORUM est AUCTORITAS, quae multis in rebus nos duxit, et *norma* semper in cognoscenda natura petitur a *potiori*, sic distinguimus *Bromos*, sic *Festucas Poasque*, *Möhringiam*, *Saginam*, *Holosteum*, *Alsinem* et *Blitum* auctoritate et normâ, sic normalem statum speciei diagnosi concipere possumus, dum Danaidum vase hauriunt ii, qui singula specimina diagnoseos ope determinari posse sibi cupiant habere persuasos, vel anxie transitus quaerant evitentque, abnormitatum intercessione inter plurimas species omnino, et quoad quosdam characteres fere semper solennes. Neutiquam censeo genuine *naturalem* ejusmodi transitum, sed quoad momenta diagnosi recepta, saepissime differentia *fallax* erit, et haesitantem certe reddere posse tironem, inprimis comparationis occasione carentem, nullus negabis.

FELICES praedicarem illos, qui hoc intellexerint, his naturae contemplationem non turbat illa quorundam et *nusquam componenda* rixa de lana caprina; veritas illa sufficienter perspecta sedat animos et arma deponere jubet, tirones inprimis coërcet, ne in eo quod secum portant, scientiam quae-

rant, babyloniceque eam confundant et turbent, sed verecundiâ quadam ingenuâ majorum illam auctoritatem receptam conservent. „*Man soll die durch ihr Alter geheiligten Gattungen in Ehren halten,*" his ipsis diebus scripsit KOCHIUS illustris, ut existentiam tueatur Moehringiae.

In universum, JUDICIUM de rebus botanicis, inprimis aetate nostra, vix unquam satis circumspecte et caute eloqui possumus. Maximâ confusione scientia fuit obruta, inprimis per scriptores florarum, necessaria supellectili i. e. bibliothecis herbariisque fide dignis carentes et unice suae regionis plantis studiosos; pessimi libri semper in genere florarum prodiere, quum tamen fere omnium difficillimum sit floram scribendi officium, a tironibus nihilominus vel male imbutis et regni vegetabilis universi indolem ignorantibus, haud raro susceptum. Sic etiam illi qui nimis abruptim generi cuidam vel specici student, haud raro ita solent agere, ac si totum vegetabile regnum esset in manipulo exponendum tractandumque, formas innumeras individuales longissimâ serie per plura alphabeta disponunt, easque iterum determinant nominantque. Hoc est quod systematis universa ratio propter molestiam et inconsequentiam admittere nequit, laudabilis tamen exercitatio tironi.

NULLIBI vero magis mihi videtur illa circumspectio et universitas neglecta, quam ubi de *naturali* expositione loqueris, *familias* regioni cuidam pertinentes in florâ seriatim enumerandô, omnissâ omni qua cum reliquis cohaerent ratione. Evolutionem formarum naturae, universum quoddam integrum constituere, minime congregationem ex arbitrio seriatim et rhapsodice tractandam, sed necessario cohaerentem ipsius naturae effigiem, in qua pars ulla sine respectu ad reliquas partes habito, rite cognita esse non potest, haud juste negabis.

Quae quum ita sint, evolutionem sincere secutus sum, et NUMERUM *generum* e familiâ quavis florae nostrae indigenorum, cum eo alienigenorum comparavi, nec non illum generum illorum exhibui, quae familiam omnino exoticam componunt. Calcem opusculi terminabit *specierum* geographica distributio, non antea exponenda, ita tamen praeparata semperque respiciens ad integrum illud regni vegetabilis universum.

NOMINA specifica a detectoribus determinatoribusque data, ubi generica sua genuina commutatione disparuerunt, nusquam immutavi, gravissimum enim eorum commutatio mihi videtur vitium, quod sequendo mox plurima nomina specifica Linnaeana haberes deleta.

SYNONYMA quamquam *erroribus* maxime cognata, ab his tamen quantum fieri potest, lubentius distinguo; nusquam certe sic dicta *synonyma* tiunculorum, libris carentium, quae adeo bonae notae opera hinc inde maculant, quibusque summum illud HALLERI „*in litt.*" aut „*ad amicos*" additum est, recepi; errare quidem humanum est, erremusque omnes necessarium, sed errores *manifestos* taceamus, hoc inprimis necessarium, ne mole sua scientiam confusionibusque diu laborantem, omni sua dignitate suoque honore privemus.

SIGNORUM quae typis jungere curavi, panca sunt atque cognita, jam a majoribus nostris usitata, ineptam enim duco signorum novorum congeriem, quae propria eget exploratione.

✲ *Asterisci* praefixi indicant species quas certe non originarias diceres, ab aliis subspecies ab aliis varietates nuncupatas, formas tamen utique distinguendas. Ita PERSOONII vestigia secutus sum, eorum desideriis curans, qui iis parem ac reliquis rationem concedunt, eorumque qui minoris eas ac reliquas aestimare praeponunt. *Varietates* certo quodam habituali aut leviori ac speciei charactere formas insignes rite distinxi, easque vel nominibus illis quibus alii quasi species easdem jam exhibuerunt salutavi, vel si talia nomina desunt, differentiâ tantum suâ sejunxi et minime appellavi. Inutilia enim haec varietatum lusoria nomina, ut onera scientiae, lubenter omisi. Formas tamen plantarum certas et quotannis inveniendas, nec individuales, oblivioni tradere nolui: „ceterequin in dubiis praestat distinguere quam confundere." Strenue tamen individuales formas *nanas, depauperatas etc.* e varietatum serie rejeci, varietates enim *verae* propagantur satione.

† *Crux* praefixa est illis speciebus paucis quas non satis cognovi, alibi etiam specimina me non vidisse aut desiderari, fassus sum de [illegible] sermone.

✲ *Crux obliqua cum punctis* designat species non omni jure in floram nostram receptas, utplurimum originis exoticae, tantum quasi spontaneas vel etiam cultas. Ita pariter iis videmur satisfecisse qui eas quaerant, et iis qui eas cupiant eliminatas. Omitti, meo sensu, nequeunt, quum nonnullae patriâ genuinâ carentes, ut ex omnibus porro floris excluderentur, necessarium foret.

Signa exclamatoria quibus jam nimis abuti solent suis in scriptis nonnulli, quum in universum, nil nisi quod pro certo habui, receperim, eo lubentius omisi; dubia contra signis vel interrogativis indigitavi, vel indirectis affirmationibus (*dicitur, fertur, soll, wird angegeben u. s. w.*) expressi.

Quod LOCOS NATALES vernaculis linguis reddiderim, aptissimum videbitur omnibus qui reputabunt secum, rusticos aut alpium incolas, regiones quas incolunt vernaculo tantum suo sermone indicare posse, nec nominibus obsoletis latinis, quibus vix ulli praeter Germaniae scriptores hucusque abutuntur. In universum, hunc libellum scribendo, intendi in id, ut studiosis et ingenuis botanicis in excursionibus itineribusque suis instituendis, comitem praeberem, quorum conversationem non inutilem circa singulam quamque, raram pariter atque vulgatissimam sibi obviam plantam exordiri possint.

JUDICIS jam aequitati commendo libellum, et nisi quae volui praestare potuerim, certe qua potui hoc in opusculo feci. Quae sua propria manu singulus praestat, forte non tanti aestimabis ac illa quae fortior vis praebet virorum unita, sed scias, etiam ea quae ego praebui, qualiacunque sint, potius tamen esse eorum nec paucorum quidem, quorum nomina invenies in ipso libello, locis inprimis plantarum adscripta: his igitur qui scientiam animi sua liberalitate promoveri voluerunt, his fautoribus ingenuis amicisque dilectis, sit ubi vera cognovi, laus et gloria, his ubi non inutile peregi susceptum, gratias pias persolvo.

Valeas L. B. conatibusque nostris nobisque favere non desinas.

AUCTOR.

CONSPECTUS LINNAEANUS E SYSTEMATE SEXUALI.

Class. I. MONANDRIA. Stamen 1. in flore hermaphrodito.

Ordo I. Monogynia: *pistillum* 1.

Hippuris, cor. 0. folia verticillata	682.
Salicornia, cor. 0. folia 0.	576.
Centranthus, corolla	197.

Ordo II. Digynia: *pistilla aut styli* 2.

Psilurus, gramen, spiculae 1-florae	15.
Vulpia, gramen, spiculae plurifl orae	37.
Blitum, calyx baccans	582.
Coriospermum, semina plano-convexa	584.
Callitriche, capsula 4-locularis, folia opposita	753.

Ordo III. Tetra-octa-gynia: *pist.* 4—8.

Zannichellia, planta aquatica	6.

Class. II. DIANDRIA. Stamina 2. in flore hermaphr.

Ordo I. Monogynia: *pistillum* 1.

a. corolla nulla:

Lemna, acaulis exscapa natans	9.
Salicornia, articulata aphylla	576.
Suffrenia, articulata oppositifolia	639.
Fraxinus, arbor polygama	431.

b. corolla monopetala irregularis:

Lycopus, nuculae 4, verticilli, cor. brevissima	306.
Rosmarinus, nuculae 4, verticilli, cor. ring. exserta, antherae steriles nullae, fol. coriacea	316.
Salvia, nuculae 4, verticilli, cor. ring. exserta, filam. in stipite articulata postice anthera sterili	332.
Verbena, utriculus 4-partibilis, fl. spicato-sparsi	331.
Veronica, caps. bilocul. cor. subrotata	305.
Paederota, caps. bilocul. cor. bilab. fauce nuda	372.
Wulfenia, caps. bilocul. cor. bilab. fauce barbata	373.
Gratiola, caps. biloc. cor. bilab. tubo tetragono, cal. bibracteolatus	376.
Utricularia, caps. 1-locul. circumscissa, planta natans	386
Pinguicula, caps. 1-locul. bivalvis, planta terrestris	386.
Fedia, caps. trilocul. cor. hypocr. limbo 5-fido bilabiato	198.

c. corolla monopetala regularis:

Fraxinus Ornus, cor. 4. part. sub-4-petala, samara 1-sperma	431.
Phillyrea, cor. 4. part. stigma simplex, drupa pyrenâ biloculari	433.
Olea, cor. 4. part. stigma bifid. drupa pyrenâ 2-locul.	433.
Ligustrum, cor. limb. 4. part. drupa dipyrena 2—4-sperma	432.
Syringa, cor. limbo 4. part. caps. biloc.	432.
Jasminum, cor. limbo 5—8-part.	430.

d. cor. pleiopetala:

Circaea, dipetala	637.
Lythrum, (spec. 1.) cor. 6-petala	610.

Ordo II. Digynia: *styli* 2.

Coleanthus, gramen, fl. umbellulati 30.
Crypsis, gramen, thyrsus, spiculae 1-flor. virides 30.
Imperata, gramen, thyrsus, spiculae 1-florae sericeae 34.
Anthoxanthum, gramen, thyrsus, spiculae subtrifforae 53.
Hierochloë, gramen, panicula, spiculae trifl. fl. laterales masculi diandri 53.
Bromus, (sect. a.) panicula, spiculae multiflorae 42.

Class. III. TRIANDRIA. Stamina 3. in flore hermaphr.

Ordo I. Monogynia.

a. flos glumaceus, corolla nulla:

** Gramineae:*

Nardus, spica secunda 54.

*** Cyperoideae:*

Pycreus, stigm. 2. setae 0. spiculae complanae, umbella involucrata 72.
Rhynchospora, stigm. 2. setae, spiculae fasciculatae, stylus basi dilatatus 74.
Blysmus, stigm. 2. setae, spiculae in spica complana distichae, styl. filif. 74.
Fimbristylis, stigm. 2. fimbriata, setae 0. spicae fasciculatae, bracteolae omnes florigerae circumimbricatae 75.
Cladium, stigm. 2. fimbriata, setae 0, spicae fasciculatae, bract. 4-fariae, inf. steril. minores 75.
Dichostylis, stigm. 2. setae 0, spica terminalis, bracteolae decrescentes 76.
Heleocharis, stigm. 2. setae, spica terminalis 77.
Helogiton, stigm. 2. setae, spiculae laterali-fasciculatae 77.
Cyperus, stigm. 3. setae 0, spiculae complanae, umb. involucrata 72.
Schoenus, stigm. 3, setae 0, spiculae complanae inferne steriles, bracteae alternae 74.
Chaetospora, stigm. 3, setae, spiculae subcomplanae inferne steriles 74.
Isolepis, stigm. 3. setae 0, spicae (utplurimum) laterali-fasciculatae 75.
Holoschoenus, stigm. 3, setae 0, spicae globosae 76.
Limnochloa, stigm. 3, setae, spica terminalis 78.
Scirpus, stigm. 3. setae, spicae cymosae 78.
Eriophorum, stigm. 3, setae longissimae demum comatae (corr. l. c.) 79.

b. spatha, perianthium coloratum, Irideae:

Gladiolus, perianth. irregulare 83.
Iris, perianthii heterogenei tubus cum staminibus connatus 80.
Trichonema, stigm. 3. bifida reflexa, stamina libera 83.
Crocus, stigm. 3. convoluta denticulata 84.

c. spatha nulla:

** corolla nulla:*

Ortegia, caps. trivalv. polysperma 565.
Polycnemum, fl. axill. subsolitarii 583.
Amaranthus, fl. glomerati 584.

*** corolla monopetala:*

Valerianella, cal. fructus dentatus 193.
Valeriana, cal. fructus plumoso-papposus 193.
Montia, stigm. 3, caps. trivalvis 575.

Ordo II. Digynia. Gramineae distyles.

a. Rottboelleae: *terminali-spicatae, unibracteatae, spiculis immersis:*

Lepturus, rachis subarticulata, articulis rectis concavis 15.
Phleurus, rachis continua intra flores excurvata deplana 61.

b. Loliaceae: *terminali-spicatae unibracteatae, spiculis multifloris exsertis:*

Lolium, spiculae verticales 16.

c. Cenchrinae: *terminali-spicatae, spiculis bracteatis involucratisque:*

Cynosurus, involucro pinnato 17.

d. Hordeaceae: *terminali-spicatae distichae, spicularum bracteis ipsis involucrantibus:*

Aegilops, bracteae geminatae pluri-aristatae 17.
Elymus, bract. spiculis 2—3, 1-aristatae, spicula 2—9-flora, fl. omn. hermaphr. 17.
Hordeum, bract. 2—3, exterior 1-aristata, spiculae fl. medio hermaphr. lateralibus masculis vel neutris 18.

e. Triticeae: *terminali-spicatae bracteis axi spicularum transversarum oppositis:*

Milora, spiculae 1-florae (cf. sub g.) 23.
Gaudinia, bracteolae externae arista geniculata 19.
Orcochloa, rachis edentula recta, spiculae multifl. bracteolae latissime imbricato-amplectentes 19.
Catapodium, rachis plana fractiflexa continua 19.
Trachynia, rachis excisa-articulata, spiculae brevipedicellatae, bracteola ext. ex apice aristata 19.
Brachypodium, rachis et spic. praecedentis, bracteola externa sub apice subaristata 19.
Agropyrum, rachis dentata, spiculae complanae sessiles multiflorae, fl. omnes fertiles 20.
Triticum, rachis excisa, spiculae plano-convexae multiflorae, flores superiores steriles 21.
Secale, rachis excisa, spiculae plano-convexae biflorae cum rudimento pedicellato 22.

f. Chlorideae: *plurispicatae bracteis carinatis:*

Cynodon, spicae digitatae, spiculae 1-florae cum alterius floris pedicello clavato 22.
Spartina, spicae alternae secundae, spiculae 1-florae 22.
Beckmannia, spicae alternae secundae, spiculae 2-florae 22.

g. Paspalaceae: *plurispicatae bracteis ecarinatis:*

Milium, spica subsolitaria 23.
Digitaria, spicae subdigitatae, spiculae genuinae 1-florae, altera longius pedicellata 23.
Orthopogon, spicae alternae secundae, spiculae 1-florae 23.
Echinochloa, spicae alternae decrescentes, spiculae polygamo-biflorae, fl. infero neutro 23.
Lappago, spica subracemosa, spiculae ternatae uniflorae, media neutra 24.

h. Agrostideae: *thyrsus aut panicula, spiculae subuniflorae, bractea bracteolaque consistentiâ aequales:*

Lagurus, thyrsus, spiculae 1-florae cum rudimento alterius, villosae, bracteola exterior biaristata 24.
Polypogon, thyrsus, spiculae 1-florae, bracteola exterior 1-aristata 24.
Gastridium, thyrsus, spiculae 1-fl. basi ventricosae apice compressae 24.
Apera, panicula, spiculae 1-fl. cum rudimento floris secundi 24.
Agrostis, panicula, spiculae 1-fl. 25.
Calamagrostis, panicula, spiculae 1-fl. rudimentis 2—3, jubatis 26.
Ammophila, thyrsus, spiculae 1-florae, rudimento 1. jubato 28.
Stipa, panicula, flos pedicellatus, bracteola ext. convoluta longearistata, antherae nudae 28.
Lasiagrostis, ut praecedens, sed antherae loculis apice barbatis 29.

i. Paniceae: *thyrsus aut panicula, bracteae herbaceae, bracteolae cartilagineae:*

Setaria, thyrsus spiciformis, flores polygami in spiculis setoso-involucratis 29.
Panicum, panicula, flores polygami 29.
Milium, panicula, flores hermaphroditi 28.

k. Oryzeae: *thyrsus — panicula, spiculae 1-florae bracteis bracteolisque semiherbaceis subhomogeneis carinatis:*

Alopecurus, thyrsus, bracteae connatae, bracteola unica utriculata 30.
Crypsis, thyrsus vaginatus, bracteae mucronatae, bracteolae exsertae muticae 30.
Coleanthe, thyrsus, bracteae aristatae, bracteolae exsertae, externa aristata 31.
Phleum, thyrsus, bracteae oblique cuspidatae, bracteola immersa 31.
Chilochloa, thyrsus, spiculae 1-florae cum alterius floris rudimento 32.
Phalaris, thyrsus, spiculae 1-florae cum rudimentis 1—2. squamosis, bractea alato-carinata 32.
Baldingera, ut praecedens, sed rudimenta pilosa, bractea exalata 32.
Leersia, panicula, bractea nulla 32.

l. Saccharinae: *thyrsus, panicula aut spicae digitatae, spiculae subuniflorae plurimis polygamae, altera sessili altera pedicellata:*

Heteropogon, spica subsolitaria, spiculae hermaphr. abortientes, inferior ♂, superior ♀ 33.

Andropogon, spicae digitatae, spiculae sessilis hermaphroditae bracteola ext. ad aristam reducta 33.
Pollinia, spicae digitatae subpaniculatae, spiculae sessilis hermaphroditae bracteola gemina, exteriori divisa aristata 34.
Sorghum, panicula, bractea clausa biflora 34.
Imperata, thyrsus argenteus, spiculae conformes (nullae sessiles) uniflorae hermaphroditae cum bractea floris secundi 34.
Saccharum, panicula, spiculae sessiles et pedicellatae, utraque hermaphrodita 34.

m. Festucaceae: *pluriflorae rachi excisa, spiculis extrorsum angustatis termino emerso:*

Echinaria, thyrsus capitatus, bracteola ext. 5-aristata, stigmata nuda 35.
Psilathera, thyrsus capitatus, bracteola ext. 5-aristata, stigmata plumosa 35.
Sesleria, thyrsus spiciformis, bracteola externa erosa 3—5-dentata 35.
Chrysurus, thyrsus secundus, spiculae flos hermaphroditus et 1—2. rudimentarii neutri 36.
Sclerochloa, panicula contracta, spiculae secundae, bracteae et bracteolae obtusae 36.
Dactylis, panicula glomerata, spiculae compressae acuminatae, bracteola ext. sub apice aristata, stigmata bipinnata 36.
Vulpia, panicula arcta secunda, pedicelli incrassati articulati, bractea ext. minima, bracteola ext. longe-aristata, (submonandrae) 37.
Festuca, panicula, pedicelli filiformes articulati, bracteola ext. ex apice aristata, stigmata villosa 37.
Diplachne, panicula ramis racemosis, spiculae bracteola exserta, ext. e fissura brevi-aristata, stigmata aspergilliformia 41.

n. Melicaceae: *pluriflorae rachi excisa, spiculis extrorsum angustatis termino incluso:*

Melica, panicula subracemosa, spiculae subbiflorae cum rudimento, bracteolae muticae 41.
Triodia, racemus, spiculae 3—5-fl. bracteola ext. tridentata, basi penicillata 41.
Scolochloa, panicula effusa, spiculae multiflorae, bractea interior longior, bracteolae muticae, penicilli in callo 41.

o. Poaceae: *pluriflorae, rachi striato-sulcata, spiculis extrorsum angustatis:*

Lophochloa, thyrsus, spiculae compressae, bracteola ext. sub apice aristata, stigmata subpenicillata 42.
Bromus, panicula, spiculae compressae, bracteae inaequales flosculis breviores, bracteola ext. sub apice aristata, stigmata plumosa 42.
Molinia, panicula, spiculae conicae 2—4-florae, bracteolae basi ventricosae coriaceae longe exsertae, apice integrae, stigmata e medio pinnata colorata 44.
Glyceria, panicula, spiculae teretiusculae, bracteolae callo separato, stigmata a basi plumosa 45.
Sphenopus, panicula, pedunculi cuneiformes, stigmata ramosa 45.
Poa, panicula, spiculae rachis articulato-secedens, bracteola int. bicarinata, stigmata basi nuda 45.
Eragrostis, ut praecedens, sed spiculae rachis persistens 48.
Briza, panicula, flosculi imbricato-compacti, bracteolae basi cordatae ventricosae, interior bicarinata 48.

p. Avenaceae: *pluriflorae rachi striato-sulcata, spiculis extrorsum dilatatis:*

Koeleria, thyrsus lobatus, spiculae subtriflorae, bracteola interior bicarinata 49.
Corynephorus, panicula, spiculae biflorae cum rudimento piloso, bracteae externae arista basilari clavata infracta, geniculo barbata 49.
Aira, panicula, spiculae biflorae, bracteolae externae arista basilari setacea recta aut geniculata 50.
Avena, panicula, bracteolae externae bifidae, arista dorsali tortili geniculata 50.
Danthonia, panicula pauperata, bracteola cartilaginea basi penicillata, externa trifida, arista terminali tortili geniculata 52.
Arrhenatherum, panicula polygama, spiculae biflorae, fl. inf. ♂. e basi geniculato-aristatus, superus hermaphroditus arista sub-apicali recta 53.
Heterochloa, panicula polygama, spiculae triflorae, fl. laterales masculi diandri, medius hermaphr. triander 53.

Holcus, thyrsus, spiculae bifforae, fl. inf. hermaphroditus muticus, superior masc. aristatus 53.
Phragmites, panicula polygama, spiculae fl. inf. masc. nudus, superiores hermaphroditi e rachi jubati, stigmata pennata 54.
Arundo, panicula, spiculae 3—5-fl. hermaphroditae in rachi jubata, stigmata aspergilliformia 54.

Ordo III. Trigynia.

a. styli terni (stigmata terna):

Elatine (4104), corolla tripetala 639.
Montia, cor. 5-petalo-coalita 575.
Polycarpon, pet. 5. minima, caps. trivalvis 566.
Holosteum, pet. 5. exserta dentata, caps. dentib. dehiscens 783.

b. pistilla terna:

Tillaea, 546.

Class. IV. TETRANDRIA. Stamina quatuor subaequalia.

Ordo I. Monogynia: *stylus simplex:*

a. perigonium simplex:

Maianthemum, calyx corollinus rotatus liber 101.
Parietaria, cal. herbaceus 4-part. liber 181.
Isnardia, cal. herbac. campanulatus adnatus 634.
Elaeagnus, cal. corollinus campanulatus, stigma capitatum 163.
Sanguisorba, cal. corollinus, stigma aspergilliforme 610.

b. corolla monopetala:

α. flores irregulares in receptaculo communi:

Pterocephalus, involucr. subbiseriale, recept. setosum, papp. plumosus 192.
Scabiosa, involucr. subbiseriale, rec. setosum, pappus setoso-multifidus 192.
Asterocephalus, inv. subbiseriale, rec. paleaceum, pappus setosus 193.
Succisa, inv. imbricatum in paleas receptaculi transiens 196.
Dipsacus, inv. radians, receptaculi paleae pungentes 197.
Globularia, inv. subbiseriale, stigma bifidum, antherae 1-loculares 364.

β. flores (non in receptac. aggregati) separati, regulares:

Littorella, (monoica) cor. tubul. scariosa, utriculus 1-spermus 304.
Plantago, cor. tubulosa scariosa, utric. circumscissus 2-pleio-spermus 304.
Centunculus, cor. 4-fida, utric. circumsciss. polysp. fl. axillares 408.
Cornus, cor. rotata sub-4-petala (cf. infra) drupa baccans nuce biloculari disperma 202. (485.)
Vaillantia, polygama, cor. rotata, masculae trifidae ovario hermaphroditi laterales, cal. fructus tricornis 205.
Galium, cor. rotata, utriculus didymus dispermus 205.
Rubia, cor. rotata, drupa baccans disperma 210.
Crucianella, cor. tubulosa, ovaria 2. cl longa 207.
Asperula, cor. infundibularis, utriculus didymus dispermus 207.
Sherardia, cor. infundibularis, caps. disperma calyce coronata 210.
Ernodea, cor. infundibul. drupa baccans disperma calyce coronata 210.
Cicendia, cor. ventricosa, caps. bivalvis ad marg. polysperma 420.
Linnaea, cor. campanulata, drupa inf. sicca 4bracteolata bilocularis 210.

c. corolla pleiopetala:

Trapa, drupa 4-cornis 633.
Ammannia, caps. 4- (sub-1) locularis polysperma 639.
Hypecoum, caps. lomentaceo-articulata 694.
Epimedium, caps siliculosa 702.
Cornus, drupa baccans nuce biloc. disperma 202. (485.)
Euonymus: caps. angulata 4—5-locul., sem. pauca arillata 527.

Ordo II. Digynia: *styli bini:*

Camphorosma, achenium auriculatum sem. 1. erecto, cal. 4-dentatus 581.
Alchemilla, drupa infera, pyrena 1-sperma, cal. 4-fidus bracteolis 4-adnatis 440.
Buffonia, caps. supera disperma 782.

Ordo III. Tetragynia.

a. styli aut stigmata quatuor:

Ilex, bacca 4-sperma 433.
Monchia, caps. 1-loc. dentib. dehiscens, petala integra 793.
Esmarchia, caps. 1-loc. dentib. dehiscens, petala bifida 793.
Sagina, caps. 4-valvis polysperma 793.
Radiola, caps. 8-locul. 8-sperma, sepala fissa 831.

b. pistilla quatuor:

Bulliarda, cor. 4-petala, herba succulenta 546.
Potamogeton, cor. 0. nuculae sessiles, herba aquatica 7.
Ruppia, cor. 0. nuculae stipitatae, herba aquatica 6.

Classis V. PENTANDRIA. Stamina quinque.

Ordo I. Monogynia: *stylus simplex:*

A. perigonium simplex:

Thesium, drupa monosperma 157.
Glaux, caps. 5-valvis 409.

B. corolla monopetala:

a. stylus ovariis interpositus:

* *faux pervia absque fornicibus:*

Echium, cor. subringens, stam. adscendentia 335.
Lithospermum, faux 5-gibboso-impressa aut plicata, nuculae osseae 336.
Steenhammera, cor. limb. scyphiformis truncatus, nuculae drupaceae 337.
Pulmonaria, cal. prismaticus, cor. limb. 5-fidus fauce 5-penicillatus 337.
Nonnea, cal. 5-fidus in fructu vesicarius, cor. limb. 5-fidus fauce penicillata 338.
Onosma, cor. cylindrica, antherae caudatae, herbae hispidae 338.
Cerinthe, cor. cylindrica, antherae sagittatae, herbae laeviusculae 339.

** *faux fornicibus clausa:*

Myosotis, nuculae laevissimae nitidae 340.
Anchusa, nuculae rugosae basi impressae, corolla tubo recto 342.
Lycopsis, nuculae rugosae basi impressae, corolla tubo curvo 342.
Cynoglossum, nuculae deplanae dorso glochidatae 344.
Mattia, nuculae plano-circumalatae 345.
Omphalodes, nuculae pateriformes 345.
Echium, nuculae triquetrae laeves margine denticulatae 345.
Echinospermum, nuculae margine glochidatae 345.
Rochelia, nuculae binae connatae stellato-verrucosae 346.
Asperugo, nuculae quaternae verrucosae 346.
Borrago, corolla rotata 346.
Symphytum, cor. subcylindrica 346.

b. stylus ovario apicalis:

* *caps. infera i. e. calyci innata:*

Lobelia, corolla irregularis, antherae connatae 296.
Roucela, cor. irregularis, antherae liberae 296.
Jasione, cor. lacin. lineares, anth. cohaer. stigma clavatum, fl. in capitulo 296.
Phyteuma, praeced. sed antherae liberae, stigma 2—3-fid. fl. capitati aut spicati 296.
Campanula, cor. camp., caps. foraminibus externe dehiscens 298.
Adenophora, praeced. cum nectario tubulato styli basin vaginante 304.
Prismatocarpus, cor. rotata, caps. prismatica 305.

** *capsula semiinfera:*

Wahlenbergia, cor. camp., caps. triloc. 305.
Samolus, cor. hypocrateriformis, caps. 1-locul. 411.

*** *caps. supera s. libera (aut utriculus, folliculus):*

1) *ruptilis nec dehiscens:*

Hottonia, cor. rotata, pl. natans scapigera 396.
Plumbago, cor. plicata, utriculus 1-spermus 191.
Convolvulus, cor. plicata infundibularis caps. triloc. loc. dispermis 318.
Villarsia, cor. infundibulari-rotata 5-loba serrulata, sem. complanata ciliata 420.

2) *circumscissa aut operculata:*

***Anagallis*, cor. rotata** 408.
Jasione, cor. infundibularis conferta 408.
Hyoscyamus, cor. infundibul. limbo irregul. 5-lobo 388.
Scopolina, cor. cylindraceo-campanulata 388.
Soldanella, cor. multifida 405.

3) *follicularis sutura dehiscens:*

† *sem. comata:*

Cynanchum, cor. stellata, corona staminea lobata 418.
Asclepias, cor. rotata, corona staminea 5-cucullata 419.
Periploca, cor. rotata hirsute marginata 665.
Apocynum, cor. campanulata, fauce nuda 429.
Nerium, cor. hypocrateriformis, faucis corona lacera 430.

†† *semina nuda:*

Vinca, corolla hypocrateriformis luuge ampliata 430.

4) *capsula bivalvis:*

† *placentis parietalibus:*

Menyanthes, cor. intus fil rillosa, placentae valvulis in medio longitudinales 420.
Swertia, cor. stellata, lci cunque fovea nectarifera gemina ciliata basibus 429.
Gentiana, cor. 4—5—6-fida fundo glanduiosa, stam. in tubo decurrentia, placentae marginales 423.
Erythraea, cor. hypocrat., cal. prismat., antherae post anthesin tortiles 421.
Lomatogonium, cor. rotata, squamae lacerae in fundo, stigma utrinque in suturam decurrens 421.

†† *placenta transversa:*

Ephemerum, cor. rotata, stam. patula, placenta compressa 409.
Ramondia, cor. rotata, stam. conniventia, septum medio interruptum utrinque in placentam revolutum 388.
Verbascum, cor. rot. irreg. stam. inaeq. difformia, placenta crassa 379.
Nicotiana, cor. infundibularis, limbo plicato 389.

5) *capsula trivalvis:*

***Polemonium*, corolla infundibulari-rotata 5-loba** 349.

6) *capsula quadripartita:*

***Heliotropium*, caps. nuculis 4. dehiscens, cor. hypocrateriformis** 347.
***Datura*, caps. 4-valvis, cor. infund. plicata, cal. demum basi circumscissus** 389.

7) *caps. valvis dentibusve 5. vel pluribus dehiscens:*

† *unilocularis:*

***Soldanella*, caps. apice circumscissa dentato-dehisc. cor. multifida** 405.
Primula, caps. dentib. dehisc., cor. tubata limbo 5-lobo 401.
Cortusa, caps. semi-5-valvis polysp., cor. rotatae faucis annulo glanduloso 405.
Androsace, caps. ultra semi-5-valvis, cor. hypocr. fauce impresso 5-gibba 399.
Aretia, caps. ultra semi-5-valvis, cor. hypocr. fauce 10-glandulosa 398.
Cyclamen, caps. 5-valvis, placenta globosa, cor. rotata reflexa 406.
Glaux, caps. 5-valvis, plac. globosa, cor. infund. rotata aut nulla, herba foliis decussatis 409.
Asterolinon, caps. 5-valv. cor. hypocrat., stam. 5. libera distantia, sem. excavata 409.
Naumburgia, caps. 5-valv. cor. stellata dentibus intra lacinias aucta, stam. libera patula 410.
Lysimachia, caps. 5-valvis, cor. rotata, stam erecta approximata basi connata 410.
Coris, caps. 5-valvis in cal. inflato spinuloso, placenta patellaris 5-dent. 5-sperma 410.

†† *plurilocularis:*

Azalea, cor. camp. regularis, anth. longitud. dehisc., caps. bi-tri-locularis 417.
Anthodendron, cor. infundib. limbo irreg. 5-part. antherae poris operculatis apice dehiscentes, caps. 5-locularis 416.

**** *bacca:*

Physalis, bacca biloc. in calyce vesicario, cor. infundibulari-rotata 389.
Nicandra, bacca 4—5-locul., cal. 5. fid. angulatus, cor. campanulata 390.
Atropa, bacca bilocul., cal. 5. fid. patens, cor. camp., stam. didynama cum impari 390.

Mandragora, bacca 1-locularis, stam. aequalia 390.
Solanum, bacca biloc., cor. rotata (stellata), anth. subcohaerentes apice poris dehiscentes 390.
Lycopersicum, bacca biloc., cor. stellata, anth. longitud. dehisc. apice appendiculatae, sem. villosa 392.
Capsicum, bacca bi-tri-locul. sicca, cor. rot., anth. longit. dehisc. 393.
Lycium, bacca biloc. cor. hypocrat., stamina barba sua faucem claudentia 393.

C. *Corolla pleiopetala*:

a. *irregularis calcarata*:

Impatiens, cal. disepalus deciduus, caps. carnosa 5-valvis 702.
Viola, cal. 5-sepalus marcescens, caps. membranacea 3-valvis 704.

b. *regularis*:

Hedera, pet. 5. libera plana, drupa pyrenis 5. rugulosis 485.
Ampelopsis, pet. 5. patentia, stam. e scypho, bacca 2—4-sperma 485.
Vitis, pet. 5. apice cohaer. calyptratim a basi secedentia, bacca 2—4-sperma 485.
Paliurus, drupa sicca horizontaliter circumalata 486.
Zizyphus, drupa succulenta pyrena 1—2-locul., pet. unguiculata convoluta 486.
Rhamnus, dicico-polygama, drupa succulenta, pyrenae 1—4. pet. angusta exigua 487.
Frangula, drupa succulenta, pyrenae 1—3. pet. unguiculata, stamina foventia 488.
Ribes, bacca polysperma, cal. urceolatus, pet. (parva) in fauce 561.

Ordo II. Digynia: *styli bini*:

a. *fl. axillari-fasciculati, glomerati*:

* *corollati*:

Celtis, drupa 1-sperma 179.
Ulmus, nux verticaliter circumalata 180.
Illecebrum, cal. cucullato-5-partitus cartilagineus 563.
Paronychia, cal. 5-partitus herbaceus apicibus subcucullatis, stipulae scariosae magnae 564.
Herniaria, cal. 5-part. herbac. planus, stipulae minimae 564.
Diotis, polygama, cal. masc. 4-part. fem. villo involutus 576.
Halimus, polyg. cal. fem. cuneatus cum auriculis conduplicatis compressus utrinque denticulo intermedio 576.
Atriplex, polyg. cal. fem. profunde bipart. partitionibus subrhombeis sibi invicem adpressis denticulo marginali 577.
Chenopodium, cal. 5-part. carinatus herbaceus, sem. lenticulare 578.
Beta, cal. 5-part. carnescens, sem. subrotundum horizontale apiculatum 580.
Suaeda, cal. 5-fid. demum corniculatus, sem. horizontale 580.
Kochia, cal. 5-fid. laciniis demum appendiculo scarioso petaloideo transverso, sem. horizontale 581.
Blitum, cal. 3—5. part. planus, sem. erectum 582.
Schoberia, cal. 5-part. subcarinat. inappendiculatus embryo spiralis exalbuminosus horizontalis 582.
Salsola, cal. 5-part. demum petaloideo-appendiculatus, embryo spiralis exalbuminosus horizontalis 583.
Amaranthus, cal. 5-part. glumaceus, utric. circumscissus, sem. l. erectum crustaceum 584.

** *corollati* (*fl. glomerati, corymbosi, racemosi*):

Cuscuta, perigonia subcarnosa, embryo spiralis, herba aphylla 565.
Hypsophila (*Banfya*), cor. 5. petala, caps. ventricosa polysperma 801.
Velezia, cor. 5. petala, caps. teres 803.
Staphylea, cor. 5. pet. caps. 2—3-locularis vesicaria 769.

b. *fl. umbellati*: Umbelliferae:

I. Coilospermae s. cyrtospermae: *albumine incurvato-gibbo, antice excavato inflexo*:

a. Coriandreae:

Coriandrum, fruct. globosus vix dehiscens 440.
Bifora, fruct. bi-globosus 440.

II. Solenospermae: *albumine involuto, interno latere canaliculato:*

b. Smyrnieae: *paucicostatae turgidae:*

Echinophora, flos centricus femineus, receptaculo immersus 440.
Conium, fructus costae undulato-crenatae 441.
Pleurospermum, fruct. ovatus compressus, utriculorum costae cavae, nucleo costas recipientes 441.
Physospermum, utriculi reniformi-globosi, rostae 5. filiformes 442.
Smyrnium, utriculi reniformi-globosi maturi succulenti nigri, costae dorsales acuatae 442.

c. Scandicinae: *paucicostatae elongatae (columella furculata):*

Scandix, utriculi elongati costati, rostro longissimo 442.
Anthriscus, utriculi oblongi ecostati, rostro costato 443.
Chaerophyllum, utriculi oblongati costati erostres 444.
Myrrhis, utriculi oblongati costati, costis cavis a pyrena solutis 446.
Molopospermum, utriculi oblongati alato-costati 446.

d. Caucalinae: *multicostatae armatae (columella furculata):*

Caucalis, utriculi costae 5. primariae aculeatae, 4. secundariae elevatiores furcato-aculeatae 446.
Turgenia, utriculi costae tres (mediae) primariae et 4. secundariae 3—4-fariam aculeatae 447.
Torilis, utriculi costae 5. primariae setulosae, interstitia aculeata 447.

III. Platyspermae: *albumine interno latere plano:*

e. Daucineae: *multicostatae armatae:*

Orlaya, costae secundariae bi-trifariam aculeatae 448.
Daucus, costae secundariae elevatae simplici serie aculeatae 448.

f. Thapsieae: *multivittatae alatae:*

Lascrpitium, costae 4. secundariae alatae 449.
Thapsia, costae 4. secundariae, mediae filiformes, laterales alatae 451.

g. Silerinae: *paucicostatae lenticulares:*

Siler, utriculi filiformi-costati 452.

h. Tordylinae: *paucicostatae toroso-annulatae:*

Tordylium, utriculi deplani margine discolore rugoso 452.

i. Peucedaneae: *paucicostatae dipterae (alis nempe ad suturam invicem incumbentibus):*

Thysselinum, utriculi plano-convexi, costae 5. dorsales contiguae 453.
Pteroselinum, utriculi deplani, costae 5. dorsales carinatae, margo alaris distinctus, vittae commissurae discum percurrentes 453.
Oreoselinum, utriculi deplani, costae 5. dorsales carinatae, margo alaris distinctus, vittae commissurae discum marginantes 455.
Cervaria, utriculi plano-convexi, costae 5. dorsales et marginales cum disco confluentes obsoletae 455.
Ostericum, utriculi subdeplani sutura centrali, costae 5. dorsales carinatae, laterales alatae, vittae commissurae 0—2. 455.
Imperatoria, utriculi subdeplani, costae 5. dorsales carinatae, laterales alatae, vittae commissurales bigeminae 456.
Heracleum, utriculi deplani, costae 3. dorsales tenues, marginales subalatae, commissurae vittae 2. clavatae 456.
Pastinaca, utriculi deplani, costae 3. dorsales tenues, marginales subalatae, commissurae vittae 2—4. lineares, interstitiis solitariae 458.
Opopanax, utriculi deplani, costae 3. dorsales tenues, marginales subalatae, commissurae vittae 6—10, interstitiis ternae 459.
Anethum, utriculi deplani sublenticulares, costae 5. dorsales carinatae, extimae obsoletae, vittae dorsales interstitia explentes, cal. dent. obsoleti 459.
Peucedanum, utriculi deplani ovales, costae 3. dorsales carinatae, extimae 2. remotae, in margine alari, vittae dorsales 4. angustae, cal. 5-dentatus, petala 2—3-dentata 459.

Ferula, utriculi deplani ovales, costae 3. dorsales filiformes, extimae 2. obsoletae in margine alari, vittae interstitiis 3-plures, commissurae 4-plures, cal. sub-5-dentatus, petala emarginata 460.

k. Angelicinae: *paucicostatae tetrapterae, (alis nempe ad suturam patulis):*

Selinum, utriculi subdeplani, costae 5. membranaceo-alatae, extimae duplo latiores 461.

Angelica, utriculi subdeplani, costae 5. dorsales, mediae carinatae, exteriores latiores membranaceo-alatae, commissurae vittae 2—4, interstitius solitariae, involucrum subnullum 462.

Archangelica, utriculi subdeplani, sutura subcentrali, costae 5. dorsales, mediae carinatae, ext. late alatae, nucleus liber vittis numerosis contiguis 192.

Levisticum, utriculi subdeplani, costae 5. aequaliter acutae, laterales remotiores, commissurae vittis 4, interstitius medius 1, lateralibus 2, involucrum polyphyllum 463.

l. Seselinae: *paucicostatae teretiusculae (costae laterales marginantes):*

* *interstitia nulla, vittae nullae:*

Pachypleurum, cal. dentes obsoleti, pet. obov. late acuminata, utric. ovati crasse carinato-5-costati 471.

** *interstitia 1-vittata:*

* *calycis dentes obsoleti:*

Aethusa, petala obcordata, utriculi transsegmentum rotundum, costae 5. crassae subcarinatae, involucellum pendulum 464.

Foeniculum, cal. margo incrassatus, pet. ovata retusa, utric. transsegm. semiteres, costae 5. carinatae 465.

Carum, pet. obcordata, utriculi transsegmento rotundo, membranaceo-3-alati 468.

** *calyx definite 5-dentatus:*

Oenanthe, pet. obcordata, utriculi subteretes, columella adnata 453.

Kaelmannia, pet. ovata retusa, utriculi oblongi, columella libera indivisa 465.

Seseli, pet. obcordata, utric. subteretes, columella libera, involucr. subnullum 466.

Athamanta cf. infra.

*** *interstitia plurivittata:*

* *calyces dentes obsoleti:*

Crithmum, nucleus multivittatus, pet. subrotunda plano-acuminata, utriculi ovati subcompressi carinato-5-alati, pericarpium spongiosum 472.

Ligusticum, pet. obcordata, utriculi compressi acuato-5-costati 476.

Silaus, pet. oblonga acumine emarg. utriculi ovati acuato-5-costati 477.

Meum, pet. ovalia acumine plano, utriculi fusiformes carinato-5-costati 471.

** *calyx definite 5-dentatus:*

Athamanta, (interstitia 1—3-vittata), pet. obcordata, utric. oblongi sub apice attenuati villosi obtuse-costati 470.

Trochiscanthes, pet. spatulata, utric. oblongi acuato-5-costati (umbellae laterales verticillatae steriles) 469.

m. Ammineae: *paucicostatae contractae (costae laterales marginantes):*

* *interstitia evittata:*

Trinia, calycis dentes obsoleti, petala obovata, vittae costales 473.

Aegopodium, calycis dentes obsoleti, petala obcordata inflexo-acuminata, costae filiformes solidae 476.

Bupleurum (species *annuae* et *Trachypleura*), calycis dentes obsoleti, petala subrotunda involuta, fructus compressi. (Vaginae foliiformes: phyllodia, lamina nulla.) 479.

** *interstitia vittata:*

* *calyx obsolete dentatus:*

Apium, pet. subrotunda inflexo-acuminata nec emarginata, columella indivisa 472.

Petroselinum, petala subrotunda inflexo-acuminata nec emarginata, columella bipartita 472.

Sison, pet. subrot. inflexo-acuminata obtusata, styli subnulli 474.

Ammi, petala oblique obcordata, acumine inflexo lato retuso, subradiantia 475.

Rhagadiolus, achenia elongata squamis anthodii stellato-patentibus involuta 249.
Hedypnois, achenia fusiformia, peripherica pappo subpalaceo, disco setaceo et simul paleaceo aristato 249.
Hyoseris, achenia peripherica pappo paleaceo, disci paleis inaequalibus (scapus monocephalus) 250.
Arnoseris, achenia prismatica pappo patellari angulato 250.
Catananche, achenia obverse pyramidata pentagona pappo e paleis 5. acuminatis, anthodium imbricatum scariosum! 250.
Cichorium, achenia prismatica pappo paleaceo brevissimo pectinato-multisquamuloso, anthodium duplex! 250.
Scolymus, achenia pappo nullo aut squamuloso-piloso, rec. paleaceum, anthodium imbricatum spinosum! 280.

b. *pappus pilosus aut plumosus, receptaculum nudum, achenia teretia aut prismatica:*

Thrincia, achenia peripherica pappo patellari scarioso inciso-dentato, discoidea in stipitem elongata pappo plumoso, anthodium aequale 251.
Leontodon (*Apargia Willd.*), achenia pappo plumoso, disci stipitato-elongata, anthodium subimbricatum 251.
Picris, achenia incurva reticulato-sulcata, pappus plumosus sessilis, anthodium aequale planum 253.
Picridium, conferatur infra sub d. —
Medicusia, achenia incurva reticulato-sulcata, pappus plumosus sessilis, anthodium squamis demum cymbiformibus torulosum 254.
Helminthia, achenia transversim sulcata, pappus plumosus stipitatus, anthodium duplex, ext. 3-phyllum laxum 254.
Zacyntha, achenia peripherica incurva disci recta, pappus brevissimus subplumosus, anthodium duplex, internum carnescens angulatum, ext. membranaceum 254.
Gatyona, achenia peripherica incurva quadrangula ext. carinata, int. alata, disci fusiformia substipitato-attenuata sulcata scabra, pappus utrorumque pilosus scabriusculus, anthodium demum globosum 254.
Tolpis, achenia tetragona sulcata truncata, pappus setosus brevis, in discoideis longior 255.
Barkhausia, achenia fusiformia in stipitem attenuata, pappus pilosus 255.
Crepis, achenia fusiformia truncata, pappus sessilis pilosus lacteus vel candidus, anthod. squamis baseos accessoriis numerosis 257.
Geracium, achenia turbinata truncata sulcata (anthodio breviora), pappus sessilis pilosus candidus, anthodium aequale squamis baseos accessoriis exiguis adpressis 259.
Hieracium, achenia turbinata sulcata truncata, pappus sessilis pilosus sordide albidus aut testaceus, anthodium imbricatum 260.
Prenanthes, conferatur sub sectione d. —

c. *pappus pilosus aut plumosus, receptaculum paleaceum:*

Hypochaeris, pappus plumosus, disci stipitatus 268.
Pterotheca, achenia peripherica subnuda extus striata, intus 3 — 5. alata, disci striata attenuata pappo piloso, anthod. squamis uniserialibus margine membranaceis 269.
Andryala, achenia tetraquetra aut angulosa peripherice subnuda, reliqua pappo sessili, anthodium imbricatum 269.
Scorzonera, pappus stipitatus e pilis paucis basi membranaceis apice subplumosis, anthodium aequale 269.
Geropogon, pappus stipitatus peripherice sexaristatus, disci plumosus 269.

d. pappus pilosus aut plumosus, receptaculum nudum, achenia compressa (plurimis) squamulosa:

Willemetia, achenia squamuloso-coronata, pappus pilosus stipite basi articulato inserto, anthodium imbricatum 269.

Taraxacum (*Leontodon Willd.*) achenia superne squamulosa pappo stipitato piloso, anthod. duplex: int. aequale, ext. imbricatum 270.

Chondrilla, achenia apice squamuloso-corouata, pappus louge stipitatus pilosus, anthod. aequale pauciflorum 271.

Prenanthes, achenia subprismatica laevia, pappus sessilis pilosus, anthodium simplex 5-florum 272.

Mycelis, achenia rhombea compressa, pappus stipitatus pilosus, anthodium simplex demum contortum 5-florum 272.

Phoenixopus, achenia fusiformi-compressa, pappus stipitatus pilosus, anthodium subimbricatum fusiforme 272.

Lactuca, achenia rhombea compressa, pappus stipitatus pilosus, anthod. imbricatum oblongum, squamis margine scariosis 272.

Sonchus, achenia prismatico-compressa, pappus sessilis plumosus, anthod. basi imbricatum et ventricosum, demum superne constrictum 273.

Picridium, achenia tetragono-compressa incurva transverse tuberculata, pappus sessilis pilosus, anthodium urceolatum 274.

Scorzonera, achenia elongata pappo sessili tenuissime plumoso, radiis 6—8. longioribus scabris rigidioribus, anthodium imbricatum squamis margine scariosis 275.

Urospermum, achenia transverse sulcata, pappus plumosus stipitatus, anthod. aequale 8-phyllum basi connatum 277.

Tragopogon, achenia elongata striata in stipitem attenuata, pappus plumosus, anthodium aequale 8-phyllum basi connatum 277.

B. *flosculi omnes tubulosi in anthodio subcylindrico:*

Eupatorium, achenia 5-angularia, papp. sessilis pilosus, anthod. imbricatum 278.

Adenostyles (*sub* Cacalia *L. Wr.*), achenia sulcata, pappus sessilis pilosus, anthodii squamae 5. aequales 278.

Petasites, dioica, achenia subcylindrica sulcata, pappus sessilis pilosus, anthod. disco brevius aequale 279.

C. *flosculi omnes tubulosi in anthodio explanato:*

Santolina, pappus nullus, rec. paleaceum 224.

Balsamita, achenia processu ligulato, rec. nudum 225.

Cotula, flosculi disci 4-fidi 4-andri 225.

Chrysocoma, pappus pilosus ciliatus, rec. alveolatum, anthodium subovatum squamis imbricatis linearibus 235.

D. *flosculi tubulosi in anthodio subgloboso:*

Otanthus, pappus 0, rec. palac., flosculi basi ventricosi biauriculati 219.

Carthamus, pappus 0, receptaculi paleae setaceo-dissectae, anthod. globoso-foliaceo-imbricatum spinescens 280.

Cardunculus, achenia laevia pappo piloso, paleae et anthod. praecd. 280.

Atractylis, pappus plumosus, rec. paleae setaceo-lanceolatae, anthod. ovat. connivens, squamis acuminatis, involucro pinnatifido-spinoso 280.

Carlina, pappus pilosus fragilis, paleae liberae, anthod. imbricatum ventricosum spinulosum 281.

Cynara (*Cnicus Willd.*), pappus plumosus mollis, paleae setaceae, anthod. praecd. 283.

Picnomon, pappus plumosus mollissimus, paleae setaceae, anthod. squamis imbricatis pinnatifido-spinulosis 285.

Silybum, pappus pilosus-paleaceus cum annulo deciduus, rec. paleaceum, anthod. squamis imbricatis foliaceo-pinnatifido-spinosis dentato spinosis 288.

Cynara, pappus plumosus sessilis, rec. setaceo-paleaceum, anthod. dilatatum squamis imbricatis carnosis exinde coriaceis spinosis 288.

Onopordum, achenia transverse rugosa, pappi radii scabri sessiles stricti, rec. alveolato-foveolatum, anthod. squamosum 288.

Arctium (*Bardana Willd.*), achenia laevia tetragona, pappi radii setosi spiraliter circumflexi, anthod. subglobosum 288.

Lappa (*Arctium L. Willd.*), achenia costata, pappus brevis inaequalis setaceo-paleaceus, anthodii squamae appendice hamuloso 288.
Leuzea, achenia tuberculosa, pappus longus aequalis plumosus, rec. setosum, anthodium inerme 289.
Rhaponticum, pappus setosus inaequalis persistens, rec. setosum, anthod. squamae imbricatae scariosae inermes 289.
Saussurea, pappus duplex, ext. pilis brevibus denticulatis persistentibus, int. longior plumosus, anthod. inerme 289.
Serratula, achenia compressa laevia, pappus sessilis setosus scaber, anthod. oblongum, squamae arcte adpressae acutae aut setigerae 290.
Jurinea, achenia tetraquetra hilo obliquo, umbilico pulvinato patellari coronata (corr. p. 290.), pappus sessilis lineari-setaceus inaequalis scaber, anthodii globosi squamae molles innocuae 290.
Stachelina, pappus longissimus fasciculatus uniserialis, anthod. cylindricum imbricatum inerme 290.
Carlina, pappus duplex: ext. brevis setosus, int. elongatus fasciculato-plumosus, anthodium subglobosum squamis intimis scariosis radiantibus 291.

II. superflua: *flosculi disci hermaphroditi, peripherici feminei:*

a. flosculi tubulosi, anthodium imbricato-subglobosum:

Micropus, achenia nuda anthodii squamis involuta, rec. conico-subulatum margine paleaceum, stigmata disci simplicia 219.
Filago, achenia nuda, rec. oblongum marg. paleaceum, flosc. disci 4-fidi masculi 219.
Artemisia, pappus 0, flosculi disci 5-dentati, peripherici tenuiores subintegri 219.
Gnaphalium, pappus pilosus, rec. nudum, anthodii squamae margine scariosae coloratae 222.
Helichrysum, pappus (plerisque) plumosus, rec. nudum, anthodii squamae scariosae coloratae, intimae radiantes 224.
Xeranthemum, pappus 5—10-paleaceus, receptaculi paleae tripartitae, flosc. peripherici bilabiati, anthod. squamis scariosis, intimis coloratis radiantibus 291.
Phagnalon, pappus pilosus denticulatus, rec. nudum, flosc. feminei pluriseriales tridentati, anthod. squamae extrorsum scariosae 224.

b. flosculi tubulosi, anthodium ovato-cylindricum aequale:

Homogyne, pappus sessilis pilosus, anthodium simplex 278.
Bidens, pappus 2—4-aristatus, anthodium involucratum 248.
Senecio, *Cineraria*, } species quaedam discoideae, sed genera cf. sub radiatis.

c. flosculi tubulosi, anthodium e basi patens, pappus nullus aut scariosus:

Lasiospermum, achenia lanâ involuta 225.
Tanacetum, pappus submarginans, flosc. peripherici corollis obsoletis trifidis 225.
Cotula, pappus submarginans, flosc. disci 4-fidi 4-andri, marginis feminei subnulli 225.
Anacyclus, achenia complanata alato-bidentata, pappus nullus 225.
Carpesium, pappus nullus, flosc. disci 5-fidi, peripherici 5-dentati fertiles, rec. nudum, anthodii squamae ext. reflexae 235.
Conyza, pappus pilosus ciliatus, rec. nudum, flosc. disci 5-dentati, peripherici (feminei) graciles tridentati, anthodium subovatum 235.
Pulicaria, radius minutis, cf. infra sub radiatis.
Anthemis, achenia tetraedra, recept. paleaceum, radii numerosi oblongati 226.
Achillea, achenia ellipsoidea, pappus nullus, rec. paleaceum, radii subquini abbreviati truncati 227.
Matricaria, pappus 0, rec. conicum cavum nudum 230.
Pyrethrum, pappus membranaceus marginans, rec. planiusculum nudum, anthodii squamae margine scariosae 231.
Chrysanthemum, pappus nullus aut dentatus, rec. planiusculum nudum, anthodii squamae margine scariosae 232.
Buphthalmum, pappus e paleis subduodenis cuspidatis, rec. paleaceum, anthodium imbricatum 236.
Bellis, pappus nullus, rec. conicum nudum, anthod. polyphyll. simplex 233.

d. flosculi marginales radiati, anthodium e basi patens, pappus pilosus aut plumosus:

Bellidiastrum, pappus pilosus scaber, rec. planiusculum nudum, anthodium biseriale aequale 233.

Arnica, pappus pilosus hispidus, rec. nudum, flosc. radiantes tridentati cum staminibus sterilibus liberis in tubo (folia opposita) 233.

Aronicum, achenia cylindrica striata villosa, singulis pappus pilosus nudus, rec. nudum 233.

Doronicum, achenia radii conica 10-sulcata epapposa, disci obovata 5-sulcata pappo piloso fragili, rec. nudum 234.

Inula, pappus pilosus, radii concolores, antherae basi bisetae, rec. nudum, anthodium imbricatum 236.

Pulicaria, pappus duplex: ext. scariosus abbreviatus patellaris et internus pilosus multiradiatus, radii concolores 238.

Diplopappus. pappus duplex: ext. scariosus patellaris et internus pilosus multiradiatus, radii discolores 239.

e. flosc. marg. radiati, anthodium ovato-cylindricum, pappus pilosus aut plumosus:

Erigeron, pappus pilosus, radii discolores angustissimi, rec. nudum, anthodium ovatum imbricatum 239.

Tussilago, pappus pilosus arcuato-patens, rec. nudum, anthod. ovatum aequale apice membranaceum, radii elongati pluriseriales 240.

Bardosmia, praecedens, flosculi marginales uniseriales radio abbreviato 280.

Doppea, papp. pilosus scaber, rec. nudum, flosc. marg. radiati lacinulis ex ore subbinis introrsis, staminibus sterilibus liberis, rec. nudum, anthodium ovatum aequale 240.

Cineraria, pappus pilosus, rec. nudum, anthod. ovatum simplex aequale 241.

Senecio, pappus pilosus mollis, rec. nudum, anthodium ovatum aequale apice nigro-sphacelatum, basi squamis accessoriis 242.

Solidago, pappus pilosus, rec. alveolato-lacinulatum, radii concolores, anthodium ovatum imbricatum 245.

Aster, pappus pilosus, rec. alveolato-lacinulatum, radii discolores, anthodium ovatum imbricatum 246.

f. flosc. marg. radiati, anthodium ovato-cylindricum, achenia elongata, pappus scariosus:

Viborgia, rec. convexum paleaceum, radii 5. abbreviati, anthod. e squamis 5. aequalibus 247.

Bidens, achenia tetragona 2—4-aristata, aristae retro-scabrae, rec. planum paleaceum, radii oblongi (aliis speciebus nulli), anthodium subaequale involucratum 248.

Tagetes, pappus paleaceo-5-aristatus, anthodium monophyllum 248.

III. frustranea: *flosculi disci hermaphroditi, radii neutri (paucis feminei) steriles:*

a. flosculi tubulosi aut infundibulares:

Galactites, pappus plumosus deciduus, rec. lavosum, anthodium imbricatum subsquarrosum spinulosum 212.

Centaurea. pappus pilosus aut setosus, rec. setosum, cor. peripherica infundibulares, anthodium imbricatum ventricosum 212.

Cnicus, pappus triplex: patellaris crenatus, setaceus longissimus et setaceus brevior glandulosus; rec. setosum, flosc. subaequales, anthodium involucratum 218.

Centrophyllum, pappus paleaceus, rec. paleaceum, flosc. radii majores, anthod. ventricosum imbricat. squamis interioribus cartilagineis ciliato-spinosis, ext. foliaceis pinnatifidis bracteantibus 218.

b. flosc. marginis lingulati radiantes:

Helianthus, achenia disci pappo bipaleaceo, rec. planum paleaceum, anthod. imbricatum subsquarrosum 211.

IV. necessaria: *fosculi peripherici fertiles, disci steriles:*

Calendula, achenia incurva cymbiformia aut cristata, rec. planum undum, anthod. subaequaliter polyphyllum e basi patens 211.

Microrhynchus, *Filago*, } cf. sub Ord. II. a. p. XXXVII.

V. segregata: *fosculi hermaphroditi, singuli calyculati:*

Echinops, 262.

Appendix: Monogamia: *flores separati nec receptaculo communi immersi:*

Lobelia, cor. supera irregulari-monopetala limbo 5-fido, stigma indusio ciliato 296.

Jasione, cor. lineari-5-partita supera, stigma clavatum 296.

Solanum, cor. rotata 5-fida infera, antherae apice poris dehiscentes, baccа bilocularis 390.

Cucurbita, cor. campanulata, antherae flexuoso conglobatae, pepo 3—5-locul. sem. margine incrassato 245.

Cucumis et reliquae *Cucurbitaceae* ibidem.

Viola, cor. irregulari 5-petala, caps. trivalvis 704.

Class. XX. GYNANDRIA. Pistillum filamento innatum.

Ordo I. Monandria: *anthera 1:*

a. radix tuberigera:

* *labium calcaratum:*

Herminium, pollinaria bina distincta, petala lateralia basi utrinque appendiculato-dilatata 119.

Himantoglossum, stigma superne emarginatum, pollinaria stipitibus basi connata, labium lineare trident. aut tripartitum breve-calcaratum 119.

Platanthera, stigma angustum, pollinaria stipitibus glandulae umbilicatae inserta, labium lineare indivisum longe-calcaratum 120.

Gymnadenia, stigma superne emarginatum, pollinariorum glandulae exsertae, labium trifidum longe-calcaratum 120.

Nigritella, pollinaria separata, pollen granulosum, flos resupinatus patentissimus, labium rhombeum acuminatum breve-calcaratum 121.

Anacamptis, pollinaria stipitibus connata, pollen lobulosum, labium ad faucem bilamelligerum longe-calcaratum 122.

Orchis, stigma transversum, pollinaria distincta bipartita, pollen lobulosum, labium trifidum calcaratum 122.

** *labium ecalcaratum:*

Spiranthes, ovarium obliquum, pollinaria horizontalia longitudinaliter bilamellata, labium et cal. partitio superior horizontalis, spica torta 127.

Aceras, stigma superne sinuatum, labium lineari-tripartitum lacinia media bifida 127.

Chamaerepes, stigma superne productum fissum, pollinaria distincta, labium trilobum 127.

Ophrys, stigma superne sinuatum, pollinaria cum glandulis distincta, anthera rostrata, labium convexum, calyx patens 128.

Serapias, stigma concavum, anthera cuspidata, lab. trilobum basi bicallosum, lobi basilares auriculato-erecti, medius lingulatus pendulus 129.

b. radix fasciculata aut ramosa:

* *labium calcaratum:*

✲ *ovarium tortile:*

Habenaria, anthera erecta, pollinaria distincta glandulis remotis nudis, filam. subtrifidum, laciniis lateralibus sterilibus 130.

✲✲ *ovarium non tortile:*

Corallorrhiza, anth. transverse-dehiscens, pollinaria globosa bigemina, calcar breve calyci immersum (H. pedunculati) 131.

Limodorum, anth. subcordata prona, pollinaria bina sessilia, lab. geniculatum stamini elongato basi adhaerens (H. ped. resupinati arrecti) 131.

* *labium ecalcaratum:*

✲ *ovarium tortile:*

Goodyera, anth. prona, pollinaria sessilia bipartita, petala sup. erecta, lab. basi gibbum concavum adscendens (fl. subsessiles secundi porrecti) 131.

Cephalanthera, anth. libera incumbenti-erecta, pollinaria cylindrica basi hamata, labium medio utrinque incisum subarticulatum genitalia amplectens (fl. erecti) 132.

✲✲ *ovarium non tortile:*

Neottia, stigma ovatum, pollen quaternarium, anth. horizontalis operculata, lab. productum bifidum (radix nidiformis fl. pedunculati, caul. squamosus) 132.

Listera, anth. operculo abbreviato, pollinaria horizontalia bipartita, pollinc quaternario, lab. productum bifidum pendulum (fl. pedunculati porrecti) 133.

Epipactis, stigma subquadratum, anth. basifixa horizontalis, pollinaria oviformia farinacea, labium medio utrinque incisum subarticulatum, ungue nectarifero disco bicalloso (fl. pedunculati) 133.

c. *radix tunicato-bulbosa:*

* *labium ecalcaratum:*

Malaxis, stamen breviss. apterum, anth. prona, pollinaria bina oblonga glandula juncta, bipartita pendula, labium ex ovato angustatum, sepala deflexa plana 134.

Sturmia, anth. hemisph. decidua, pollinaria globosa bipartita, lab. unguiculatum lamina deflexa, sepala deflexa tortilia 135.

** *labium calcaratum:*

Epipogium, flores resupinati, pollinaria bina oblonga filipendula, anthera apicalis operculata, calcar amplum cucullatum sursum spectans (fl. pedunculati, caul. articulatus aphyllus) 135.

Ordo II. Diandria: *antherae* 2:

Cypripedium, stamen processu medio sterili, lateralibus antheriferis, lab. calceiformi-vesicarium 134.

Ordo III. Hexandria: *antherae* 6 (*aut* 12?):

Aristolochia, perianthium simplex tubo incurvo limbo labiato 182.

Class. XXI. MONOECIA.

Flores diclines: masculi et feminei in eadem stirpe.

Ordo I. Monandria: *stamen* (*anthera*) 1:

Zostera, spatha deplana in folium producta, rec. spadiciforme 6.

Zannichellia, spatha 1-flora, ovaria 4—8. 6.

Najas (*Caulinia IV.*), ovarium unicum calyce utriculatum 150.

Chara, anthera (auctorum) globulosa nuda, pistillum (auctorum): ovarium monospermum calyce spiraliter circumvolutum 147.

Euphorbia, stamina nuda pedicellata cum fl. fem. centrali in anthodio aggregata 755.

Ordo II. Diandria: *stamina* 2:

Lemna, spatha 1-flora, nucula 1—2-sperma 9.

Fraxinus, samara (nux in alam producta) monosperma 431.

Ordo III. Triandria: *stamina* 3:

a. *stigmata* 1—2:

Typha, spicae superimpositae femineа et mascula, spatha deciduа, stigma unilaterale, utriculus 1-spermus, stamina monadelpha 11.

Sparganium, capitula monoica, caps. operculata 1—2-locularis 12.

Vignea, spica terminalis (in plur. spec.) cum axillaribus, bracteolae unifloraе, utriculus deplanus monospermus fissirostris, stigmata 2: 65.

Schelhammeria, spiculae capitatae involucratae, basi masculae superne femineae, bracteolae foliaceae superne steriles comosae, utriculus fissirostris 72.

Zea, panicula terminalis mascula, fl. glumacei, spicae axillares femineae stylo longissimo simplici 54.

Amaranthus, cf. ord. V. Pentandria.

b. stigmata 3:

Elyna, spica term. spiculosa, bracteolae solitariae bifiorae, fl. masc. et femineum obvolventes 55.
Kobresia, spica term. composita, spiculae laterales inferne femineae superne masculae, bracteola fl. masc. nulla, feminearum bivalvis 55.
Carex, spicae sexus utriusque, bracteola uniflora, utriculus tricarinatus 61.
Udora, spatha bifida, *mas*: cal. 3-part. cor. tripet. stam. novem, tria interiora fertilia, *fem.* cal. tripart. tubo elongato, utric. trispermus 139.

Ordo IV. Tetrandria: *stamina* 4:

a. stigma 1:

Urtica, *mas*: perianth. 4-part. *fem.* perianth. 4part. nux monosperma, stigma echinatum 181.
Parietaria, hermaphr. perianth. 4-part. stam. elastica, *fem.* perianth. bipart. stigma penicillatum, nux in perianthio aucto 181.
Littorella, cor. infundib. 4-fida, *fem.* stylo longissimo subulato, *mas*: stam. longe exserta 394.

b. stigmata 2:

Morus, rec. commune (axis) filiforme, perianth. 4-part. *fem.* cal. 4-part. demum drupaceo-carne-scens, drupulae compactae 179.
Alnus, ament. masc. cylindr. squamae trifiorae, cal. 4-part. ament. fem. lignescens, nux compressa monosperma 174.

c. stigmata 3:

Buxus, cal. 4-sepalus bracteatus, cor. 0. caps. tricornis tricocca 6-sperma (fl. glomerati) 765.

Ordo V. Pentandria: *stamina* 5:

Amaranthus, cal. 5-sepalus scariosus, stigm. 2—3, utric. circumscissus, sem. 1. erectum crustaceum 384.
Celtis, cal. 5—6-part. herbac. stigmata 2. divergentia fibrillosa, drupa 179.
Diotis, *Halimus*, *Atriplex*, *Quercus*, } cf. Pentandr. Digyn. sect. a. p. XVI.

Ordo VI. Hexandria: *stamina* (*antherae*) 6:

Posidonia, spatha bivalvis, stam. 6. et 3. int. sterilia, anth. biloc. filamento acuminato, ovar. oblong. stigma hemisphaerico-echinatum 137.
Betula, cf. IX. Polyandria.

Ordo VII. Octandria: *stamina* 8:

Corylus, *Fagus*, } cf. IX. Polyandria.

Ordo VIII. Enneandria: *stamina* (*filamenta*) 9:

Udora, cf. ord. III. Triandria.
Posidonia, cf. ord. VI. Hexandria.

Ordo IX. Polyandria: *stamina* 10 — *multa*:

a. stigma 1:

Arum, spatha medio ampliata, spadix supra genitalia productus ibique nudus, ovaria basi aggregata, antherae in medio spadice, ovariorum rudimenta interstincta rostrata, drupa demum monosperma 10.
Arisarum, spatha cylindrico-cucullata, spadix supra genitalia clavato-elongatus nudus, ovaria basi aggregata stylifera, rudimentaria nulla, drupa 3-sperma 138.
Ceratophyllum, involucrum multifidum, ovarium calyce utriculatum, antherae rosulatae clausae, nux monosperma (fl. axill. sess.) 151.
Thelygonum, cal. bipartito-complanatus, drupa basi umbilicato-excavata, pyrena lenticulari-globosa verruculosa (fl. axill. sess.) 588.
Platanus, rec. globosum, fl. numerosi perpendiculares, ovar. stigmate adunco basi pappo cinctum, *mas*: stamina (p. 162. dele „unicum") apice glandulosa, loculi sub apice distantes, nux mucronata monosperma 162.

b. stigmata 2:

* *ovarium inferum:*

Poterium, cal. limbus 4-partitus herbaceus, cor. 0. stigmata aspergilliformia, drupa sicca pyrenâ dispermâ (fl. capitati) 160.

Juglans, fl. masc. amentacei, fem. apicales aggregati, cal. 4-dentatus, cor. herbacea 4-fida, stigmata recurva, drupa pyrena bivalvi, sem. corrugatum 469.

** *ovarium superum:*

Corylus, *mas:* amentum, squamae intus utroque latere subtetrandrae, *fem.* cal. bipart. lacerus, stigm. 2. elongata, nux monosperma 175.

Betula, amenti fem. compacti squamae trilobae 3-florae, nux bialata, ament. masc. periantlio irregulari partito 174.

Carpinus, ament. fem. laxi squamae subtrilobae bifforae, ovar. calyce utriculatum biloculare, nux 1-loc. 1-sperma, ament. masc. stam. 8—14. anther. loculi separati apice barbati 175.

Ostrya, ament. fem. nudum, utric. inflat. 1-sperm, masc. stam. 12—16. ramosa 175.

c. stigmata 3:

Fagus, *fem.* invol. ext. 4-bracteato, int. calyciformi 4-fido muricato, biflore, *mas:* fl. spicati, cal. 6-fidus infundibularis, stam. 8—12; nux triangularis 1-sperma 176.

Quercus, *fem.* invol. ext. bibracteatum, int. imbricato-squamosum cupuliforme, fl. solit. calyce utriculatus, *mas:* fl. spicati, cal. rotat. 5-part. stam. 5—10; nux 1-sperma 176.

d. stigmata 6:

Castanea, *fem.* invol. 5—6-part. echinatum subtrifforum, ovaria calyce utriculata 6-locularia, ovula 12. pendula, stigm. 6., nux coriacea sem. solit. rugoso, *mas:* fl. spicati, cal. limbo sexfido stam. 12. 176.

e. ovaria distincta 4 — multa:

Myriophyllum, *fem.* cal. adnatus, cor. 0. ovaria 4. *mas:* cal. 4-part. cor. 4-pet. stam. 4—8. 632.

Sagittaria, cal. trisepalus, cor. tripetala, stam. multa, carpidia multa 12.

Ordo X. Monadelphia: *filamenta connata:*

* *antherae 3:*

Typha, cf. Monoec. Triandria.

Bryonia, *Echalium*, *Cucurbita*, *Lagenaria*, } cf. Monadelphia Triandria.

** *antherae 4:*

Cupressus, fem. squamae 4—8-florae, strobilus angulatus compactus 161.

Thuja, fem. squamae bifforae, strobilus laxe squamosus 161.

*** *antherae 5:*

Xanthium, *fem.* rec. echinatum biloculare bifforum, ovaria utriculosa, styli 2. *mas:* rec. subglobosum multiflorum 293.

Ambrosia, *fem.* cal. 5-dentatus uniflorus, utriculus 1-spermus, *mas:* inv. calyciforme pluriflorum 294.

Cucumis, *Sycios*, } cf. Monadelph. Pentandria.

Crozophora, cf. infra.

**** *antherae 8—10 aut plures:*

Cytinus. cal. color. camp. 4-fid. basi bract. opp. adnatis. *Fem.* stigm. 8. verticillata, bacca 8-locularis. (Parasita squamosa.) 843.

Larix, strobili squamae tenues laevigatae, masc. amenta solitaria, cotyled. (binae) oppositae 158.

Abies, strobili squamae tenues laevigatae, masc. amenta solitaria, cotyled. verticillatae 159.

Pinus, strobili squamae crassae gibbosae, masc. amenta racemoso-aggregata, cotyled. verticillatae 159.

Crozophora, *mas:* cal. 5-part. cor. 5. pet. convolutiva, *fem.* cal. 10-part. cor. 0. caps. tricocca 764.

Ricinus. *mas:* cal. 5-part. stam. numerosa ramosa, *fem.* cal. tripart. caps. tricocca 764.

Ordo XI. Gynandria: *stamina stylo adnata:*

Andrachne, cal. 5-part. cor. 0. aut 5-petala, *mas:* stam. 5. pistilli rudimento adnata, fem. styli 3. bifidi, caps. tricocca 6-sperma 765.

Class. XXII. DIOECIA.

Flores diclines: masculi et feminei in distinctis stirpibus.

Ordo I. Monandria: *stamen* (*anthera*) 1:

Salix (*purpurea* et affines), stamen potius e binis connatum, cf. Diandria.
Najas, ovarium calyce trifido utriculatum, anthera 4-locularis 150.

Ordo II. Diandria: *stamina* (*antherae*) 2:

Vallisneria, *fem.* ovar. inf. cal. 3-part. cor. tripet. minima, *mas:* fl.ⁿ in spadice spatha incluso, cal. et cor. tripart. 13.
Salix, amentum, fem. ovar. stigm. 2, maris stam. (2—3—5-plura) cum squamula intra bracteolas 165.
Fraxinus, cf. Monoec. Diandr.

Ordo III. Triandria: *stamina* (*antherae*) 3:

Ficus, receptaculum carnosum subclausum superficie interna densiflorum, *fem.* periauth. 5-fid. stigm. 2. *mas:* periauth. 3—5-fid., nucula drupacea 178.
Vallisneria, cf. supra.
Vitex, (*Agnus* et affin.), cf. Monoec. Triandr.
Valeriana (*dioica*, *montana* etc.), cf. Triandr. Monogynia.
Empetrum, cal. 3-sep. bibracteatus, cor. 3-pet. fem. styl. 6—9. part. bacca 6—9-locularis 765.
Osyris, *fem.* cal. 3-fidus, drupa succulenta infera, *mas:* cal. 3-fidus 157.
Pistacia, cf. infra Sect. Pentandria.

Ordo IV. Tetrandria: *stamina* (*antherae*) 4:

Urtica (*dioica*), cf. Monoec. Tetrandria.
Viscum, cal. limbo 4-partito, maris partitionibus intus polliniferis, fem. ovar. stigm. simplici, drupa 1-sperma 203.
Hippophae cal. 2-part. ovar. stylo 1. stigmate complanato, drupa nuce exsulca 162.
Myrica, amentum, *fem.* ovarium calyce circumnatum, drupa 1-sperma, *mas:* anth. 4—6. quadrivalves in squama 175.
Spinacia, *fem.* cal. urceolatus 2—4-dentatus, styli 2—4. utric. 1-spermus in calyce, *mas:* cal. 4—5-partitus, stam. 4—5. 575.
Rhamnus, cal. urceolatus 4-fidus, limbo deciduo, pet. augusta exigua, stam. exserta, drupa pyrenis 1—4. antice exaratis 487.

Ordo V. Pentandria: *stamina* (*antherae*) 5:

Spinacia, *Rhamnus*, } cf. supra.
Pistacia, cal. 3—5-fid. cor. 0. ovar. 1—3-locul. stigmata 3. incrassata, drupae pyrena ossea 1-sperma 180.
Ceratonia, cal. 5-part. cor. 0. stigma orbiculare, legumen indehiscens pulpa repletum 544.
Cannabis, fl. *fem.* perianth. spathaceo, ovarium supra medium constrictum, styli 2. nux bivalvata crustacea, *mas:* cal. 5-part. 179.
Humulus, fl. *fem.* (in amento strobilaceo) squamae pluriflorae, cal. urceolatus, *mas* (fl. pentandri) cal. 5-part. 179.
Ficus, cf. supra in Decand. Triandria.

Ordo VI. Hexandria: *stamina* (*antherae*) 6:

Tamus, cal. 6-part. *fem.* stigm. 3. bacca inf. trilocul. 6-sperma 191.
Phormium, spatha simplex, ovarium 3. stigm. revoluta, bacca 3-dactala, cal. 6-sect. cor. 3-pet. drupa succulenta polysperma abortu unisulca 135.
Chamaerops, spatha duplex, ovaria 3. stigm. subulatis, cal. 3-part. cor. 3-pet. drupae 3. monospermae, semina laevia 156.
Myrica, cf. supra in sect. Tetrandria.

Ordo VII. Octandria: *stamina* (*antherae*) 8:

Populus, amenti squamae lacerae, cal. infundibularis, fem. stigm. 2—3. bipartita, caps. biloc. polysp. sem. comata 173.
Diospyros, cf. Octandria Tetragynia.
Rhodiola, cal. 4-part. cor. 4-pet. feminae 0. squamae 4. emarginatae, carpidia 4. polysperma 546.

Ordo VIII. Enneandria: *stamina* (*antherae*) 9:

Mercurialis (*perennis*), cf. infra in Dodecandria.
Hydrocharis, spatha diphylla, cal. 3-part. cor. 3-petala, filam. quaedam processu ramoso, stigm. 6. bifida, caps. inf. 6-loc. polysp. 14.
Laurus, cf. Enneandria Monogynia.

Ordo IX. Decandria: *stamina* (*antherae*) 10:

Coriaria, cal. 5-part. cor. 5-pet. pist. 5. stylis elongatis, carpidia 5. corolla carnescente baccantia 767.
Lychnis (*dioica*), cf. Decandr. Pentagynia.

Ordo X. Dodecandria: *stamina* (*antherae*) 11—19. *et plura:*

Mercurialis, cal. tripart. cor. 0. styl. bipart. caps. dicocca 763.
Stratiotes, spatha clavata, cal. 3-part. cor. 3-pet. *fem.* styli 6. bipart. bacca inf. 6-locul. polysperma 13.
Populus (sect. *Aigeiros*), antheris 12—30, cf. supra in Dioec. Octandria.

Ordo XI. Monadelphia: *filamenta connata:*

* *stamina* 2:

Salix (*purpurea* et affines), cf. Dioec. Diandria.

** *stamina* (*antherae*) 3:

Bryonia (*dioica*), cf. Monadelphia Triandria.
Ruscus, perianth. 6-part. bacca 2—3—6-sperma 100.

*** *stamina* (*antherae*) *plura:*

Ephedra, ovarium bipart. distylon, squamis baseos carnescentibus, antherae conglobatae 156.
Taxus, ovar. calyce urceolato demum carnescente truncato aperto circumnatum, stigma sessile, anth. peltatae, nux 1-sperma 156.

Ordo XII. Syngenesia: *antherae connatae:*

Gnaphalium (*dioicum*), cf. Syngenesia superflua sect. a.
Petasites, cf. Syngenesia I. aequalis sect. B.

Class. XXIII. POLYGAMIA.

Flores dichines et simul hermaphroditi.

Genera huc olim revocata praecedentibus classibus e floris hermaphroditi conditione subsumta, aut Monoeciae atque Dioeciae inserta.

Class. XXIV. CRYTOGAMIA.

Classis e sensu veterum partibus fructificationis incompletis instructa, sexuali conditione carens.

Isoëtes, spatha in folium producta, aliae antheras aliae ovaria foventes 1.
Lycopodium, ovarium bivalve sub 4-ovulatum, anthera bivalvis, pollen quaternarium 152.
Equisetum, receptacula peltata in spicam (strobiliformem) congesta, subtus sacculis rimâ intus dehiscentibus instructa, ovaria staminodiis cruciatis affixis numerosa 154.
Chara, e sensu quorundam huc reposita, loco Linnaeano in Monoecia Monandria quaerenda, et: 147.

Obs. Reliquas plantas cryptogamas dabit:
FLORA GERMANICA CRYPTOGAMA.

METHODUS NATURALIS.

1. SYSTEMATE SEXUALI ab immortali *Linnaeo* invento, plantae *agnoscuntur*, methodo naturali *cognoscuntur*.

   Obs. Ut plantam e systematis illius principiis agnoscas, exigua praeparatio praemittenda: scias quid *stamina* sint atque *pistilla*, eorumque dispositionem et numerum explores, partium quarundam e terminologia cognitis superadditis notis; cognitio contra naturalis, observationem naturae requirit.

2. METHODUS NATURALIS „a botanicis minus doctis vili habita, a sapientibus semper tanti aestimata" est ea *quae sequitur naturam* (*Botanik* p. 99. 100.), *artificiale systema praescribitur naturae*.

   Obs. Quod ambigatores hodie dicunt *systema naturale* nil nisi *paradoxon* est, familiarum in infinitum augendarum aggregatio linearis et artificialis arbitraria, gradationis naturalis ideâ nullâ sulfulta, necessitate nullâ terminata, multiplex igitur atque polymorpha. (*Botanik* p. 97.)

3. NATURA est actus et modus nascendi: τὸ Φύεσθαι, et complexus rerum, quae nascuntur: ἡ Φύσις.

   Obs. Haec notio naturae per plurimas linguas indicatur ipso verbo. (*Botanik* p. 99.)

4. METHODUS igitur naturalis, *ut modum et actum nascendi sequetur, necessarium est*, contra systema artificiale *status cujusdam absoluti solos terminos spectat*.

5. CERNITUR autem ille modus et actus nascendi in universum in evolutione individuali seu *metamorphosi*, et in evolutione concatenata graduum vitalium formarumque regnorum naturae, seu: *anamorphosi*.

6. UTRAQUE explicatur: *praeformatione*, *evolutione* et *absolutione*, inest enim semper naturae: *thesis*, *antithesis* et *synthesis*. (*Bot.* p. 105.)

7. GENETICUS igitur est modus in rebus quae gignuntur: *fiunt*, rebus *opponuntur* externis, interitu *liberantur* oppositione, pereunt.

8. PROGREDITUR a simplicibus ad composita, ab infimis ad superiora, a coalitis et hebetatis ad libera et absoluta. (*Bot.* p. 114.)

9. SCIENTIAE NATURALIS scopus est: 1) conscientia integritatis naturae et intelligens conceptio rationis illius, qua multiplices gradus et formae rerum naturalium evolvuntur. (*Bot.* p. 79.) — 2) graduum et formarum ipsarum cognitio historica et methodica. (*Bot.* p. 81.) — 3) graduum evolutionis individui absolutissimi recognitio in evolutione regni totius.

10. PRINCIPIA NATURALIA petuntur e rationibus anatomicis, physiologicis, morphologicis, ex iis methodicae sequuntur.

11. RATIONES ANATOMICAE:

a) nascentibus et gradibus singulis ubi comparantur, nulla pars communis est omnino, nisi punctum saliens ipsum, in universum *corculum* dicendum aut *embryon*. (*Bot.* p. 103. 151.)

b) accedit proprium integumentum. (*Bot.* p. 103. 192.)

c) corculo tandem opponitur *albumen*, et integumentum duplicatur. (*Bot.* p. 103. 194.)

d) materia corporis *homogenea* altioribus *heterogenea*. (*Bot.* p. 229.)

e) *strata* inferioribus coalita, superiori gradu separantur.

f) *organa* inferioribus confluentia, superioribus distinguuntur.

g) organa antequam absolvuntur *suo loco*, jam inferiori gradu oriuntur *hebetata* et *praeformata* (per inversionem *abortientia* dicta).

12. RATIONES PHYSIOLOGICAE:

a) functiones inferiori gradu junctae superioribus separantur et absolvuntur seorsim.

b) functionum etiam hebetatio liberam earum actionem antecedit.

c) organorum functione consentientium circulus absolvit *systema organicum*.

d) *systemata organica* inferioribus indefinita, altioribus definiuntur: a) *germinatorium*: spermaticum et gemmarium. b) *vegetatorium* cui: radicatio, caulescentia, frondescentia s. foliatio. c) *reproductorium* quod floris *gynaeceo* et *androceo* praeparatur, *fructificatione* absolvitur, quae systemati germinatorio redux, circulum vitae vegetabilis concludit.

13. RATIONES MORPHOLOGICAE:

a) *numerus* organicus normalis inferioribus *binarius* est, mediis *ternarius*, summis binarius et ternarius junctus i. e. *quinarius*. (*Bot.* tab. ad p. 526.)

b) axis vegetabilis normalis *perpendicularis* est. (*Bot.* p. 104.)

c) *lateralium* igitur organorum *conformatio radialis* et (sensu Linnaeano) *irregularis*, *terminalis* autem *systematis organici*, nempe *reproductorii*, ratio normalis est *centrica*, *regularis*. (*Bot.* p. 107.)

d) *gynaeceum* evolutionem sequitur axilem contractoriam, *coalitione absolvitur*, *androceum* contra radiatim explicatur, *absolvitur divisione*. (*Bot.* p. 111. 112.)

14. RATIONES METHODICAE:

a) *individua* dicuntur entia singula integra, quae (fungis exceptis) ex uno corculo orta, metamorphosin sui gradus absolvunt. (*Bot.* p. 118.)

aberrationem individua sistunt, habituali quadam differentiâ, nonnisi gemmatione (aut dissectione corporis) propagandâ, insignia. (*Bot.* p. 119.)

monstrositates individua sunt partium quarundam defectu, excessu aut mutatione quoad formam et situm, distincta.

b) *species* dicitur aggregatio individuorum; notis certis pluribus et utroque modo, gemmatione et dissemination propagandis, agnoscendorum. (*Bot.* pag. 120.)

varietas est individuorum complexus, habituali quadam differentiâ, vel gemmatione vel dissemination propagandâ, denotatus. (*Bot.* p. 120.)

hybriditas nascitur e parentibus diversarum specierum. (*Bot.* p. 143.)

c) *genus* amplectitur species organorum summorum evolutione et conformatione convenientes, habitu assimilatas. (*Bot.* p. 121.)

d) *familiae* recipiunt genera, quae organi unius, pro suo gradu typici, evolutionem absolvunt. (*Bot.* p. 121.)

e) *formationes* aut *series* congregant familias, quae organa consentientia absolvunt. (*Bot.* p. 121.)

f) *ordines* uniunt series, quibus organisatio duplici consensu juncta demonstratur. (*Bot.* p. 122.)

g) *classes* illis ordinibus componuntur, quibus vegetabilis vitae stadium terminatur. (*Bot.* p. 122.)

15. CONCATENATIO GRADUUM rationibus praemissis anatomicis, physiologicis, morphologicis et methodicis simul ad unguem demonstratur: „*natura non facit saltum*," paradoxon autem sisteret solita graduum continua series, nam gradus quisque oritur e puncto qui praecedentis termino *inferior* est, suo tamen termino superatur. (*Bot.* p. 235.)

16. CHARACTERES igitur nusquam *circumscriptorios*, sed semper *evolutorios* i. e. typum persequentes, agnoscunt *gradus naturae*, dum *circumscriptorios* fingunt sibi *gradus artis*. (*Bot.*, p. 100.)

17. **GRADATIO** naturae per gradus ipsos et per series graduum parallele intussusceptas progressiva. (*Bot.* p. 113.)

18. **AFFINITAS** est convenientia partium in gradubus progressivis, *analogia* autem illa partium in graduum seriebus parallelis.

19. **CANON** regni vegetabilis est: *planta quiescit in semine aut gemma; radicat, caulescit, frondescit; florct gynaecco, androcco; fructificat.*

20. **MOMENTA** modo relata, vitam vegetabilem absolventia et circulariter concludentia, methodo classes dictitant, in quibus praevalent vel typice explicantur.

CANON METHODI NATURALIS.

(cf. Botanik 1828. Tab. ad pag. 526.)

Plantae:

vita passiva

vita activa seu:

Praeformatio: quiescit in semine et gemma.

Vegetatio: crescit et floret: radicat, caulescit, frondescit, gynaeceo, androceo

Fructificatio: absolvitur i. e. fructificat.

Choriophyta seu plantae definite cellulosae et immediato transitu vasculosae.

Stelechophyta. | Anthemophyta.

Inophyta s. plantae fibrosae.

anatomica.

homogeneae: fabrica seminis. (cf. Bot. p. 194.)
a. corcula (sporae).
b. substratum (stroma hymenium).
c. integumentum simul iis caudex praeformatus (hypha, peridium, stipes).

heterogeneae: fabrica seminis et gemmae.
a. corcula (sporae) et gemmae (soredia).
b. substratum (lamina proligera et stratum thalli medullare).
c. integumentum et caudex praeformatus (thallus corticosus).

Protophyta s. plantae praformatae, chlorophyllo nullo aut clandestino:

physiologica.

Gymnoblastae homogeneae: egrediuntur ex integumento, quod iis simul corpus vegetatorium est, decolor, carens chlorophyllo, gaudens coloribus terrenis.
Vita iis est functio seminis i. e. partu absoluta.

Gymnoblastae heterogeneae: evolvuntur ut fungi, accedit per soredia gemmatio, i. e. phyllochlori sub strato corticali occultati eruptio.
Vita iis est functio seminis et gemmae.

Plantae mono-di-geneae.

(*Ein- und zwei-gliedrige Gewächse* l. c.)

morphologica.

Blastophyta. *Gongylophyta.*

I. nuda, proprio perisporio carentia, nullo aut alieno.

1. sporae.	3. sporae et hypha.	11. sporae.	13. sporae, stroma et hypha (crusta).
2. sporae et stroma.	4. sporae, hypha, perisporium orieus.	12. sporae et stroma.	14. sporae, stroma in thallum ramosum productum.

II. involuta, perisporio proprio.

5. sporae, stroma et peridium coalita.	8. sporae et hymenium.	15. sporae, asci, nucleus liber.	18. lirellae demum apertae, thall. tenue expansum.
6. sporae in hypha, peridium.	9. sporae, asci et hymen. sursum spectans.	16. sporae, asci, nucleus, thallus carbonaceus.	19. apothecium, thallus.
7. sporae in ascis, peridium.	10. sporae, asci et hymen. demissum.	17. sporae, asci, nucleus, thallus coriaceus.	20. cephalodium, stipes, thallus.

Hemiphyta.

methodica.

Fungi.
I. Gymnomycetes.
II. Dermatomycetes.

Lichenes.
I. Gymnopsorae.
II. Ascopsorae.

Chlorophyllophyta s. plantae vegetantes chlorophyllo perspicuo.

Rhizophyta. fabr. radicis praevalet.
a. sporae et gemmae (gongyli).
b. receptaculum et calyptra aut indusium.
c. suffultorium: caudex e libro et medulla, folia praeformans cellulosa et vasculosa.

Caulophyta. fabrica caulis praevalet.
a. corculum seminis et gemmae, albumen et lecus (tuber), tunicae seminis et gemmae (bulbi).
b. receptaculum: placenta, ovarium, thalamus.
c. caudex: liber, interne alburnum atque medullam separans, in nodos contractus, e quibus externe in folia producitur, in terminali nodo verticillatim repetita, florem praeparantia.

Phyllophyta. fabr. folii praevalet.

Calycophyta. fabrica gynaecei praevalet.

Anthophyta. fabrica androcei praevalet.

Carpophyta. fabrica fructus praevalet atque absolvitur.

a. {semen: *corculum:* cotyledones, folia, flos; *albumen: integumenta:* nucleanium, sarcocarpium, testa / gemma: *gemmula:* stipulae, folia, flos: *gemmae basis; integumenta:* squamae, tegmenta, ramenta.
b. receptaculum: placenta, ovarium, thalamus: pistilli, staminum aut corollae, calycis.
c. caudex: liber interne alburnum et medullam separans, externe corticem et folia basi articulata, in termino florem absolvens.
d. flos: *gynaeceum:* ovarium cum stylo, stigma, calyx; *androceum*, antherae, filamenta, corolla.
e. fructus: epicarpium, mesocarpium, endocarpium.

Chlorophyllophyla s. plantae vegetantes chlorophyllo perspicuo.

Cerioblastae.
corcula et gemmae *sub* evolutione exintegumento simplici ruptili exeunt, et cellulas componunt, plantulae seminali praemissas et substratae phyllochloron ut sequentibus conspicuum, reproductorium.
Vita est functio seminis et gemmae, atque radicis.

Acroblastae.
corcula et gemmae cuspide perforant vaginas intussusceptas triplices, *sub* evolutione.
Vita est functio germinatoria, radicatio peripherica, caulescentia, praeparatur: foliatio, florescentia, fructificatio. Caulis crescit supraimpositione: *Anogenae.*

Phylloblastae.
corcula et gemmae proprio involucro corticali superne foliaceo-expanso i. e. cotyledonibus stipulisque veris (cotyledonum repetitione) gaudent.
Vita est functio germinatoria; vegetatoria: radicatio centrica, caulescentia, foliatio; reproductoria; florescentia gynaeceo et androceo; fructificatio. Caulis crescit e libro versus medullam et versus corticem, est igitur appositio amphigena; *Amphigenae.*

Plantae (repetitione mono-di-geneae) tri- et penta- (i. e. di- et tri-) geneae (*fünf- nämlich zwei- und drei-gliedrig* l. c.).

Rhizophyta.	*Caulophyta.*	*Phyllophyta.*	*Calycophyta.*	*Anthophyta.*	*Carpophyta.*
I. homogenea aquatica; radicatio!	I. radicatio repetita.	I. radicatio repetita.	I. ovarium praevalens.	I. antherae formatae.	I. thylax s. fructus placentis parietalibus.
II. heterogenea amphibia; caulescentia tentata.	II. caulescentia praevalens!	II. caulescentia repetita.	II. stigma occultum.	II. filamenta libera.	II. schizocarpium s. fructus loculis separatis (nondum coalitus).
III. heterogenea vasculosa aërea; foliatio praeparata, *circinnans!*	III. foliatio magis exculta.	III. foliatio absoluta!	III. calyx absolutus.	III. corolla anomaliter absoluta.	III. idiocarpium s. fructus placentâ centrali absolutus.

Idiophyta.

Chlorophyta.	*Acroblastae.*	*Synchlamydeae.*	*Synpetalae.*	*Calycanthae.*	*Thalamanthae.*
I. Algae.	I. Rhizo-Acroblastae.	I. Enerviae.	I. Fissiflorae.	I. Variflorae.	I. Thylachocarpicae.
II. Musci.	II. Caulo-Acroblastae.	II. Rigidifoliae.	II. Lobiflorae.	II. Conlines.	II. Schizocarpicae.
III. Filices.	III. Phyllo-Acroblastae.	III. Venosae.	III. Rotiflorae.	III. Concinnae.	III. Idiocarpicae.

Haec ulterius explicantur in *Conspectu regni vegetabilis* (part. I. 1828. et part.) II. mox edenda.

Quum hucusque sic dictas *Cryptogamas Plantas* libellus nondum receperit, jam de methodo Classium trium eas continentium, quaedam addere liceat, ut uno vultu regni vegetabilis integri anamorphosin perspicias. Est enim sequens illarum classium expositio naturalis:

CLASSIS I.

FUNGI.
PILZE.

ORDO I.

GYMNOMYCETES.
HUELLENLOSE PILZE.

Formatio I.
BLASTOMYCETES.
KEIMPILZE.

Fam. I.
Uredinei. *Brandpilze.*
Fam. II.
Tuberculatii. *Warzenpilze.*

Formatio II.
HYPHOMYCETES.
FADENPILZE.

Fam. III.
Byssacei. *Faserpilze.*
Fam. IV.
Mucedinei. *Schimmelpilze.*

ORDO II.

DERMATOMYCETES.
HUELL-PILZE.

Formatio I.
GASTEROMYCETES.
BALGPILZE.

Fam. V.
Sclerotiacei. *Knorpelpilze.*
Fam. VI.
Lycoperdacei. *Haarflechtpilze.*
Fam. VII.
Sphaeriacei. *Schlauchpilze.*

Formatio II.
HYMENOMYCETES.
HAUTPILZE.

Fam. VIII.
Tremellini. *Gallertpilze.*
Fam. IX.
Morchellini. *Morchelpilze.*
Fam. X.
Hymenini. *Hutpilze.*

Obs. Anamorphosis ulterius explicata legitur in pag. antecedente, et Bot. p. 151—195; genera in *Conspectu* p. 1—15. —

CLASSIS II.

LICHENES.
PSORAE.
FLECHTEN.

ORDO I.

GYMNOPSORAE.
NACKTHEIM-FLECHTEN.

Formatio I.
BLASTOPSORAE.
KEIMFLECHTEN.

Fam. XI.
Pulverariae. *Staubflechten.*
Fam. XII.
Coniocarpineae. *Staubfruchtflechten.*

Formatio II.
HYPHOPSORAE.
FADENFLECHTEN.

Fam. XIII.
Crateroideae. *Kelchflechten.*
Fam. XIV.
Sphaerophoreae. *Staubkugelflechten.*

ORDO II.

ASCOPSORAE.
SCHLAUCHHEIM-FLECHTEN.

Formatio I.
GASTEROPSORAE.
KERNFLECHTEN.

Fam. XV.
Porineae. *Warzenkernflechten.*
Fam. XVI.
Trypetheliaceae. *Balgkernflechten.*
Fam. XVII.
Endocarpicae. *Lederkernflechten.*

Formatio II.
HYMENOPSORAE.
HAUTFLECHTEN.

Fam. XVIII.
Graphideae. *Schriftflechten.*
Fam. XIX.
Parmeliaceae. *Schüsselflechten.*
Fam. XX.
Cladoniaceae. *Kopfflechten.*

Obs. Anamorphosis legitur in pag. antecedente, et Bot. p. 198—227; genera in *Conspectu* p. 17—22. —

CLASSIS III.

CHLOROPHYTA.
SAUGPFLANZEN.

ORDO I.

ALGAE.
ALGEN.

Formatio I.
GONGYLOPHYCAE.
KNOSPENALGEN.

Fam. XXI.
Nostochinae. *Gallertalgen.*
Fam. XXII.
Conferveae. *Fadenalgen.*

Formatio II.
ASCOPHYCAE.
BALGALGEN.

Fam. XXIII.
Floridieae. *Hautalgen.*
Fam. XXIV.
Fucoideae. *Tangalgen.*

ORDO II.

MUSCI.
MOOSE.

Formatio I.
GONGYLOBRYA.
KNOSPENMOOSE.

Fam. XXV.
Ricciea. *Ricciem.*
Fam. XXVI.
Salviniacea. *Salviniaceen.*

Formatio II.
SPORANGIOBRYA.
KAPSELMOOSE.

Fam. XXXII.
Jungermanniacea. *Lebermoose.*
Fam. XXVIII.
Bryoidea. *Laubmoose.*

ORDO III.

FILICES.
FARRN. (Chloroph. circinnantia!)

Formatio I.
THRYPTOPTERIDES.
RISSFARRN.

Fam. XXIX.
[illegible]
Fam. XXX.
Polypodiaceae. *Wedelfarrn.*

Formatio II.
ANOEGOPTERIDES.
SPALTFARRN.

Fam. XXXI.
Gymnadiaceae. *Traubenfarrn.*
Fam. XXXII.
Cycadeae. *Palmenfarrn.*

Obs. Anamorphosis naturalissima legitur in Bot. p. 228—294. Ordines tam arcte juncti sunt ut nequeant separari, et ipsae Filices habeat suum *Hymenophyllum* atque *Trichomanes*, ut *Muscorum hepaticorum* repetitio inclarescat! *Cycadeas* esse Filices centrice absolutas, ab ipso *Botrychio* praeparatas, nemo negabit qui partes rite comparavit, nec defectum stratorum ligni neglexit, ut Coniferis per magnum hiatum adpropinquarentur. Resima nec Filicibus nec Hepaticis deest! —

ACROBLASTAE.

ACROBLASTAE.

GRADUS NATURALIS. Vegetabilia embryone differentiali, sursum accrescentia, caulescentiam illustrantia, sexualem oppositionem obsolventia, integumentorum discrimina praeformantia nec distinguentia, in flore fructuque ternarium typum sequentia.

MORPHONOMIA. *Embryo*: nodus utrinque germinans deorsum et sursum. *Radicula* perit. *Plumula* subulata alternatim perforatur. *Radix* ipsa peripherica. *Descensus* nullus. *Caulis* oritur e repetitione nodorum, *nodi* vel integri, clausi, quibus interponuntur cylindri cavi aut prismata inania, vel nodi sunt ita superimpositi ut omnes aperti, nulli clausi, inferiores amplectentur spiraliter approximatos superiores. Incrementum fit igitur *superimpositione*, pars radici proxima senior, versus apicem sequentes gradatim juniores, unde recte dicuntur: *plantae anogenae*. Medulla, lignum et cortex uniuntur, nec circulis nec radiis distincta. *Folia* e nodis utplurimum sunguta, alterna, in aliis spiraliter sparsa, paucis subopposita vel subverticillatim approximata; sunt aliis vaginantia aliis distincte petiolata, plurimis convoluta vel involuta, plurimis rectinervia, aliis curvinervia, paucis penninervia, paucissimis tantum peltinervia. E nodis extensione solutis exeunt partes foliosae quae *bracteae* sunt, hae *spatha*, *gluma*, *glumella*. In *flore* numerus ternarius typicus, binarius statum hebetatum, quinarius et multiplicatus alienum indicat supravagantem; oppositio sexualis absolvitur, partes cum suis involucris hac serie liberantur determinanturque in ordinibus:

I. *gynaeceum*:	germen,	II. *androceum*:	antherae,
	stigma,		filamenta,
	calyx.		corolla.

Praevalet igitur in familia quaque partis unius evolutio vel absolutio, femineae quidem semini *contractiva centripeta*, masculinae *expansiva centrifuga*. (Botanik p. 111. 112.)

Fructus floris femineo typum servat, metamorphosin sequens contractivam. Oritur simplicissimus, tunc loculi formantur, primum (in schizogynis) distincti, demum coalescunt et fructum sistunt loculosum: *capsula* absolvitur. Vel calyce accreto fructus *inferus* est, vel calyce libero *superus* et ipse liber. Pericarpii strata non rite distinguuntur, e simplicitate nondum exuta. Species fructus sunt *nux* et *capsula*, utraque vel intera vel supera, vel utraque succulenta: *drupa* et *bacca*. *Praeformatio* absolvitur ita:

I. *semen*:	embryo,	II. *bulbus*:	gemma,
	albumen,		tuber, lecus,
	integumentum.		tunica.

GRADATIO CLASSIS.

Ord. I. RHIZO-ACROBLASTAE. Radicatio praevalet. Caulis reductus vel submersus, paucissimis emersus, tum parasitice radicans. Typus anomalus aut nullus. Plantae utplurimum herbaceae, aquaticae, palustres. — *Algis* parallelae *Naiadeisque*.

Ord. II. CAULO-ACROBLASTAE. Formatio caulina praevalet. Caulis in tuber vel in locum reductus scapum emittens vel genuinus (hic culmus) tubulosus nodis interceptus, vel compressus et triquetrus triquetrove unus in summis nodi se invicem supra-imponentibus suscipiunt. Folia sequuntur fabricam caulis, plurimis rectinervia. Typus numeralis declinatur. Plantae ut plurimum herbaceae, terrestres, paucae arborescentes, paucissimae arboreae. — Paralleismum **tenent inter *Muscos et Rigidifolias.*** —

Morphon. *Vegetatio*: herbae, in summis generibus frutices arboresque, ramificatio et foliatio sparsa, partes herbaceae hispidae aut strigosae, emortuae saepe candido-verrucosae, folia plurimis integerrima, venosa, *Hydrophyllcis* etiam partita et composita: *infloresc.* racemosa, racemi secundi bracteati, saepe conjugati, sub aestivatione spiraliter involuti, post anthesin stricti. *Flores hermaphroditi* aut *heteromorphi* polygamo-subdioici. *Gynaec.* ovarium quadriloculare, loculis discretis in pulvinari e cujus centro stylus emergit, stigma plurimis capitatum; in *Hydrophyllcis* ovarium concretum, stylo apicali; *calyx* monosepalus campanulatus partibus aequaliter 5-fidus aut 5-partitus. *Androec.* stam. 5. aequalia, primo tantum generi inaequalia, corollae tubo inuata, plurimis immersa, antherae biloculares, corolla hypocrateriformis aut infundibularis (*Echio* subringens, *Borragini* rotata) limbo 5-lobo plurimus coeruleo aut violaceo tunc sub aestivatione convoluta rosea, aliis alba aut ochroleuca immutabilis; Borragineis infra partitionum basin appositae squamae s. d. fornices quinque connivent.s faucem claudunt et antheras iis alternas obtegunt. *Fruct.* caps. quadrilocularis, loculis quasi nuculis drupisve liberis aut stylo adnatis basi secedentibus 1—2-spermis, in Hydrophylleis drupa aut capsula concreta 2—4-sperma; semina exalbuminosa, embryo rectus erectus, cotyledones planae. — *Anamorphosis* ex irregularibus ad regulares, e schizogynis ad hologynas, herbaceis ad lignosas.

A. Echieae: *schizogynae faucis fornicibus nullis:*

CCCCXLIII. Echium. *T. L. Natterwurz.* *Cor.* irregularis subringens. *Stam.* a lscendentia. *Stigma* verticaliter bifidum.

2290. E. calycinum *Viv.* procumbens, foliis ovato-oblongis obtusis basi attenuatis, cor. subregulari vix exserta, stam. dimidio brevioribus, calyce demum aucto subcernuo. *Viv.* fragm. I. t. 4. *Till.* pis. t. 23. f. 3. *Bocc.* mus. t. 132. *E. parviflorum Rth. E. lusitanicum All.* Var. *β. E. prostratum Ten.* Fl. Neap. t. XII. Cor. calyce duplo longior. — *Um Genua nach Viv. um Nizza nach All. Dalmatien nach Petter.* — Jun. Jul. ⊙

2291. E. violaceum *L.* caule ramoso, foliis oblongis superioribus subcordatis hispidiusculis, spicis elongatis simplicibus, staminibus corollam aequantibus. *E. creticum Lam.* (non *L.* et Fl. gr. t. 182. nec *E. australe Lam.*) Fl. mainsculi violacei. — *Um Novara nach Birolt.* — Jun. Jul. ⊙

2292. E. plantagineum *L.* caule erecto paniculato-ramoso, fol. rad. ovali-spathulatis lineatis, caulinis lanceolatis villosis, stam. corollam subaequantibus. Fl. graec. t. 179. *Barr.* ic. 1026. *E. lusitanicum Mill. Linn.?* Fl. majusculi, cor. viclascens unicolor, stam. adscendentia. — *An Wegen, trocknen Plätzen in der Nähe der See in Dalmatien* (E. pustulatum): *Petter, um Novara nach Birali, um Nizza nach All.* — Jun. Jul. ⊙

2293. E. pustulatum *Sibth. Sm.* simplex, foliis oblongo-lanceolatis elongatis repandis cauleque pustulato tuberculatis hispidis, spicis paniculatis, staminibus exsertis. Fl. gr. t. 180. Grosse hispidum bulbo setarum crasso nigricante, fol. fere linearibus sparsim valide setosis, margine undulato-revolutis; flor. *E. vulgaris* coerulei, virginei rubri; stam. galeam subexcedentia. — *Angeblich in Dalmatien* (Dalmati miserunt *E. planta-*

gineum), *Isola S. Cattarina bei Rovigno in Istrien nach Bias.!* — Jun. Jul. ♂

2294. E. **vulgare** *L.* simplex, caule tuberculato-hispido, foliis caulinis lanceolatis hispidis, spica terminali composita; spicis axillaribus recurvis, stam. exsertis. *Hayne* Arz. 1. 27. Engl. Bot. 181. Fl. D. 445. *Schk.* t. 32. *Sturm* I. 18. Cor. coerulea, rarius amoene rosea aut alba. — *Auf trocknen Aeckern und Brachen, an Wegen, Schutt.* — Jun. Jul. Aug. ♂

2295. E. **Wierzbickii** *Habrl.* adscendens, tuberculato-setosum, foliisque oblongo-lanceolatis hispidis, racemis pyramidatis patentibus, calyce tubo corollae longiore, staminibus immersis. Habitus *E. vulgaris*, cujus forma videtur parviflora, tamen seminibus propagavi; cor. dimidio minor coerulea aut alba, filamenta alba. — *In Ungarn, Sachsen, Westphalen, unter* E. vulgare. — Jun. Jul. Aug. ♂

2296. E. **Schiffneri** *Lang*: herbaceum simplex, strictum, foliisque lanceolatis strigoso-hirtis pyramidato-patenti-racemosum, racemis subsimplicibus, pedunculis angulatis, floribus remotis, stam. exsertis. Fl. Bot. Z. 1827. I. ic. Bi-tripedale, habitu *E. vulgaris*, sed gracilius, cor. coerulescenti-carnea. — *An dürren Hügeln bei Grofs-Petersdorf* (*Cit. Cussonei*) *in Ungarn: Schiffner nach Lang.* — Jul. Aug. ♂

2297. E. **italicum** *L.* caule herbaceo, foliisque lineari-lanceolatis strigoso-hirsutis; inferioribus nervosis, corollis subaequalibus, staminibus exsertis. *E. altissimum Jacq.* austr. app, t. 16. Engl. Bot. 2081. *E. asperrimum MB. non Lam.* Habitus praecedentium, cor. albida, subrubens. — *Auf trocknen Aeckern, an Wegen, in Ungarn, Croatien, Siebenbürgen, Dalmatien, Istrien, Littorale, Friaul, Südtyrol, Piemont, Ligurien, im Unter-Vallis.* — Juni — Aug. ♂

2298. E. **rubrum** *Jacq.* caule stricto foliisque lineari-lanceolatis hispidis, spica composita terminali, corollis subaequalibus. *Jacq.* austr. app. t. 3. Bot. Mag. 1826. Thyrsus longissimus, cor. puniceae. — *Auf Waldwiesen in Ungarn, Siebenbürgen, Mähren: Hadyberg bei Malomirziz bei Brünn, an Hügeln am Czeizer See: Hchst.; dem angränzenden Oestreich.* — Jun. Jul. ♂

Obs. E. molle a *Pettero* enumeratum, num vera sit illa planta splendida canariensis, nescio, cf. *Lehm.* ic. t. 31.; nec *E. littorale* quod Fl. Bot. Z. 1829. 530. *Gussoneo* adscripsit *Bias.* ad me pervenit, nec hujus nominis plantam a cl. *Guss.* constitutam invenio. Indicatur: *zwischen Dignano und Fasana.*

CCCCXLIV. **Lithospermum.** *T. L. Steinsaame. Cal.* quinquepartitus. *Cor.* infundibularis pervia, fauce 5-gibboso-impressa, plicata aut laevi. *Nuculae* osseae basi truncatae. — *Buglossum T.* —

a. Rhytispermum *Lk. faux plicata, nuculae asperae:*

2299. L. **tenuiflorum** *L.* foliis lineari-lanceolatis obtusis, floribus axillaribus, corollae tubo gracili piloso basi inflato. *Jacq.* ic. t. 313. Fl. graec. t. 138. Cor. e specim. viv. et ic. Fl. graec. alba! — *Auf der Insel Brazza in Dalmatien nach Prtschlg.* — Mai. Jun. ☉

2300. L. **apulum** *L.* foliis lineari-lanceolatis acutis, spicis terminalibus secundis, bracteis lanceolatis. Fl. graec. t. 158. *Col.* Ecphr. p. 185. ic. 1. 1. (corrig. ap. al.) Cor. luteola. — *Auf trocknen Weideplätzen in Dalmatien: v. Welden; in Istrien, südlich von Dignano nach Bias.* — April. Mai. ☉

2301. L. **incrassatum** *Guss.* nuculis muricato-granulosis, foliis oblongis, corollis immersis, pedunculis demum clavato-incrassatis. Caute explicatum a *L. arvensi* nonnisi nuculis asperioribus et corolla coerulescente differt. — *Um Karin in Dalmatien: v. Welden.* — April. Mai. ☉

2302. L. **arvense** *L.* nuculis rugoso-granulatis, corollis vix exsertis, foliis longis aveniis, pedunculis demum clavato-incrassatis. Engl. Bot. 123. Fl. D. 456. *Drev. et H.* V. 4. Cor. albidae. — *Auf Aeckern.* — April. Mai. ☉

b. Lithospermum: *faux 5-gibboso-impressa, nuculae laevissimae:*

2303. L. **officinale** *L.* corollis calycem vix superantibus, foliis oblongo-lanceolatis venosis. Engl. Bot. 134. Fl. D. 1084. *Schk.* t. 29. *Sturm*

I. 3. *Hayne* Arzngw. VI. *Drev.* et *H.* V. 4. Cor. subroseae, nuculae candidae. Variare dicitur cor. purpureis. *Lej.* — *In Gebüsch an Felsen, Schutt, hier und da, nicht allgemein verbreitet.* — Mai. Jun. 4

c. Margarospermum (Moltkiae *proximae*): *faux laevis, nuculae laevissimae:*

2304. **L. purpureo-coeruleum** *L.* suffruticosum, corollis calycem vix duplo superantibus, caulibus floriferis erectis, sterilibus repentibus, foliis lanceolatis acutis aveniis. Engl. Bot. 117. *Jacq.* aust. t. 14. *Hook.* Lond. t. 12. Cor. purpureae demum coeruleae, nuculae candidae. — *An Felsen, vorzüglich in Kalkbergen im Gebüsch.* — April. Mai. ♄

2305. **L. fruticosum** *L.* foliis linearibus revolutis concoloribus, staminibus corollam aequantibus. Fl. graec. t. 161. Fl. Portug. t. 21. *Barrel.* 1168. Cor. purpureae demum coeruleae praecedentis. — *Bei Premosello und Vogogna in der Novarese nach Biroli.* — April. Mai. ♄

2306. **L. rosmarinifolium** (Echium) *Vahl:* fruticulosum ramosum, foliis lineari-lanceolatis linearibusque demum revolutis subtus albis, utrinque subtiliter strigosis, staminibus e corolla exsertis. *Ech. Rosmarini folio Tourn. Ech. petraeum Prtschlg. Tratt.* En. t. 8. Cor. mediocres azureae. Foliis, corollâ, stigmate, nuculis totoque habitu sequenti tam intime cognatum, ut fere formam ejus diceres parvifloram, brevifoliam. — *Ah Felsen um Almissa in Dalmatien: v. Welden.* — Jun. Jul. ♄

2307. **L. graminifolium** *L.* fruticulosum, foliis linearibus demum revolutis subtus albis, utrinque subtiliter strigosis, staminibus corollam aequantibus. *Bocc.* sic. t. 41. f. II. *Pluck.* phyt. t. 42. f. 7. *Viv.* fragm. I. t. 3. *L. fruticosum Vitm. Palm. suffruticosa L.* Cor. azureae. — *In der Höhe der Buchen und Tannen auf dem M. Summano südlich: Moretti, Valle Sugana in Südtyrol, auf den Apuanen.* — Mai. ♄

CCCCXLV. **Steenhammera.** *Rchb. Steenhammere.* *Cor.* tubo cylindrico, limbo scyphiformi truncato repando 5-lobo. *Stam.* fauci nudae inserta perrecta. *Stigma* simplex. *Nuculae* laeves drupaceae. — Herbae glaberrimae, glaucae, fruct. penduli. —

2308. **St. maritima** (Pulmon.) *L.* foliis ovali-spathulatis acutis, floribus cymosis. Fl. dan. t. 25. Bot. Cab. 467. *Cerinthe marit. Dill.* Elth. t. 65. f. 75. *Cynogloss. etc. Pluck.* t. 172. f. 3. *Moris.* s. 11. t. 28. f. 12. *Echium marinum Ray. Lithosperm. marit. Lehm.* Huc *Mertensia Rth.* non *W.* *Cassetia Dumort.* non *N. v. E.* Cor. coeruleae. — *Am Seestrande im hohen Norden, angeblich am adriatischen Meere?? Vest.* — Mai. Juni. 4

CCCCXLVI. **Pulmonaria.** *T. L. Lungenblume.* *Cal.* prismatico pentagonus, 5-dentatus. *Cor.* infundibularis fauce pervia penicillis 5. barbulata, limbo inciso 5-fido. *Stigma* bilabiato-globosum. *Nuculae* turbinatae laeves, basi truncatae. — Heteromorphiam genitalium cf. in iconibus nostris. —

2309. **P. azurea** *Bess.* hispida, foliis anguste lanceolatis, radicalibus petiolatis, caulinis pluribus erectis subdecurrentibus. *Rchb.* pl. crit. VI. ic. 594. *P.* III. illustr. *Clus.* CLXIX. *P. angustifolia Schrk.* Sv. Bot. 544. *P. montana Wulf.* *P. Clusii Bmg.* *P. angustata Schmidt.* *Bessera azurea Schult.* Cor. amoene coeruleae. — *In Gehauen, Vorhölzern, in Ungarn, Siebenbürgen, Oestreich, Galizien, Böhmen, Schlesien, Sachsen, am Harz, in der Mark.* — April — Juni. 4

2310. **P. angustifolia** *L.* hispida, foliis oblongo-lanceolatis, radicalibus petiolatis, caulinis paucis patentibus semiamplexicaulibus. *Rchb.* pl. crit. VI. ic. 605. Engl. Bot. 1628. *Hayne* Arzng. II. 43. Dict. sc. nat. cah. 8. *P. tuberosa Schrk.* *P. pannonica Clus.* CLXX. Rad. nodosa, cor. maior violaceae, ex iconibus foliis etiam albomaculatis occurrunt. — *Ungarn, Oestreich nach Clus. Siebenbürgen: Bmg. am M. spaccato b. Triest: Heynhold, in Thüringen bei Naumburg, in Baiern bei Regensburg und in Kärnthen nach Schrk. auf feuchten Triften bei München: Zucc.* — April. Mai. 4

2311. P. mollis *Wolf.* stricta, molliter et sericeo-pubescens, foliis radicalibus ellipticis acuminatis longe petiolatis, caulinis ex ovato lanceolatis semiamplexicaulibus. *Rchb.* pl. crit. VI. ic. 696. Bot. Mag. 2422. *P. angustifolia Bess. Gaud.* Cor. violacea. — *Auf Kalkbergen in Franken, Wetterau, Mähren, Galizien, Ungarn, Siebenbürgen, Schweiz.* — April. Mai. 4

2312. P. oblongata *Schrad.* hispida, foliis ovato-oblongis plurimis in petiolum attenuatis, supremis sessilibus. *P. media Host?* (nisi haec potius *P. mollis?*) *Rchb.* pl. crit. VI. ic. 697. *P. fol. non maculoso Clus.* CLXIX. *P. officinalis Hayne* Arzng. II. 44. *P. angustifolia* Fl. dan. 483. — *In trocknen, hochgelegenen Wäldern in Meklenburg: Dethard. wahrscheinlich durch das ganze Gebiet.* — April. Mai. 4

2313. P. saccharata *Mill.* hispida, stricta, foliis ovato-ellipticis utrinque acuminatis, radicalibus longissime petiolatis caulinis sessilibus. *Rchb.* pl. crit. VI. ic. 698. *Symphyt. maculos. etc. Moris.* sect. 11. t. 29. f. 9. Folia maculis albis magnis confluentibus irrorata, cor. lilacinae aut albae roseo venosae. — *In der Gegend von Spaa: Lejeune.* — April. Mai. 4

2314. P. officinalis *L.* foliis radicalibus demum cordatis. *Rchb.* pl. crit. VI. ic. 699. Fl. dan. 482. Sv. Bot. 135. Engl. Bot. 118. excl. fol. rad. *P. maculosa Dietr. P. grandiflora Dec.* Folia alibi semper, alibi post anthesin pallidius-maculata, cor. virginea rosea, demum lilacina. — *In Laubwäldern, bis in die Berge.* — März — Mai. 4

Obs. Nr. 2309—11. transire videntur.

CCCCXLVII. Nonnea. *Medic. Nonnea. Cal.* 5-fidus demum auctus vesicarius. *Cor.* infundibularis, limbo 5-lobo pervia, fauce pepicillis 5-barbulata. *Nuc.* rugosae, basi impressae. — Fruct. deflexi. — Male *Nonea.* —

† 2315. N. ciliata (Lycops.) *W.* foliis lanceolatis denticulatis hispido-ciliatis, cal. fructifero inflato. *Pulm. orient. cal. vesic. fol. echii, fl. purp. infundib. Tourn.* Dubia, alienam cor. lutea sumsit cl. *Lehmann.* Nec cl. *Host* eam vidisse videtur, deest descr. et duratio. — *Auf Brachäckern in Dalmatien, nach Host.* — Mai. Juni.

2316. N. pulla *Dec.* erecta, simplex, subcymosa, bracteis calyce longioribus foliisque lanceolatis, tomentoso-hispidis. *Lycops. pulla L. Jacq.* austr. t. 188. *Ech. pullo fl. Clus.* CLXIV. corrig. apn al. *Anchusa pulla Lk.* port. et *MB.* Pedalis et ultra, opaca, cinereo-virens, cor. exserta fusca; fructifera diffusa, subdecumbens: *Lycops. vesicaria* Florist. germ. — *An Ackerrändern, häufiger auf Kalkboden hier und da.* — Mai. Juni. ♂

2317. N. vesicaria (Lycops.) *L.* prostrata, foliis piloso-scabris, corollis calycem vix superantibus. *Bugl. ann. pullo minimo flore Moris.* s. 11. t. 26. f. 11. *Camer.* epit. 916. ic. *N. decumbens Mnch. N. violacea Dec. Lithosp. vesicarium Lois.* Cor. atroviolacea. — *Angeblich in Siebenbürgen an trocknen Bergen bei Brasso und Beszterize, nach Baumg.* (*ich habe sie nur aus Sicilien und cultiv.*) — Mai. Jun. (nach *Baumg.* Jul. Aug.) ⊙

2318. N. lutea *Dec.* decumbens, foliis oblongis, duplicato-ciliatis hispidisque, floralibus cordatis calycibusque acuminatis, cor. exserta lutea. *Lycops. lutea Lam. Anchusa — MB. A. dubia Nocc. Oscampia trichotoma Mnch.* Habitus praecedentis, cor. magna lutea. — *In Dalmatien nach Petter.* — Mai. Jun. ⊙

CCCCXLVIII. Onosma. *L. Lotwurz.* *Cor.* cylindrica limbo subinflato, fauce nuda. *Antherae* processu membranaceo. *Nuculae* quaternae laeves basi truncatae. — Fructus erecti. —

2319. O. echioides *L.* strictum, pyramidato-ramosum, tuberculato-hispidum, foliis subspitulato-oblongis, antheris laevibus filamento dimidio brevioribus, corollis cernuis subcylindricis calycem vix sesquilongis. *Jacq.* austr. t. 295. *Schk.* t. 31. Caul. strictus pedalis, rubens, superne sicut reliquae partes setis divergentibus hispidissimus, cor. alba demum ochroleuca. — *O. echioides* Fl. gr. 172. minime nostra, sed lignosa, pro-

strata, ramosa, a proxima sequente cor. parvis diversa. — *An sonnigen Kalkhügeln in Oestreich, z. B. Bruck an d. Leytha bei Wien: Neumayr, Mahren im Guttinger Walde b. Brünn: Hochst.: übrige Standorte zu sichern.* — Juni. ♂

2320. O. arenarium *W. Kit.* strictum, superne ramosum, tuberculato-hispidum, foliis lanceolato-oblongis rotundatis, antheris margine scabris filamento longioribus, cor. cernuis ampliato-clavatis calycem duplum longis. *W. Kit.* t. 279. *Anchusa exalbido flore Clus.* CLXV. Duratione perenni, foliis latioribus, corollis aliter formatis majoribus luteis, antherisque omnino differt, etiam ex obs. cl. *Lang*, in loco nat. instituta. — *Auf trocknen sandigen Wiesen in Ungarn, z. B. im Flugsande bei Rako: Lang, b. Baden b. Wien: Clus. in der südlichen Schweiz bei Ollon in der Gegend von Bex:* (O. echioides *Gaud.*) *v. Charp.* — Mai. Juni. ♃ (in horto ♂.)

2321. O. stellulatum *W. Kit.* adscendens, superne subcymosum, foliis lineari oblongis obtusis, setarum tuberculo stellato-hispido, antheris filamenta subaequantibus, cor. cernuis ampliato-clavatis calycem duplum longis. *W. Kit.* t. 133. non *M. B.!* Habitus fere praecedentis, viride, cor. ochroleucae. *O. tenuifolium Tsch.* syllog. II. 246. diff. ab *O. stellato* dalmatico fol. angustioribus viridibus, sed *O. stellatum* hungaricum ipsum viride est; num igitur dalmatica planta alie-na? — *Auf den Kalkfelsen in Croatien bei Korenicza: Kit. bei Triest am M. spaccato: Heynh. um Botzen: Elsmann, bei Sion im Wallis* (O. montanum *Gaud.*): *v. Charp. in den obern Apenninen: Orsini.* — April—Jun. (bis Aug. *Gaud.*) ♃

2322. O. montanum *Sm. Prodr.* adscendens, superne subcymosum, foliis lineari-oblongis brevibus numerosis hispidissimis, setarum tuberculo stellato-hispido, antheris filamento longioribus, corollis calyce plus duplo longioribus e medio ventricosis erectis. *Anch. Echioid. lut. Corinthae flore montana Col.* Ephr. 183. A praecedente diversissima, valde hispida, corollis minoribus erectis. — Affine sed foliis linearibus longioribus, multo minus hispidis cinereis differt proximum: *O. cinereum Schreb. augustifolium Lehm.* t. 14. *erectum* Fl. graec. t. 173. Hoc ab aliis infauste commutatum, tantum ex inf. Italia huc usque accepi. — *In ganz Oberitalien, an Kalkfelsen nach Moretti. Standorte noch genauer zu bestimmen (meine Exemplare nur von Gussone ächt).* — Mai. ♃

Obs. *O. orientale* „calycibus fructiferis pendulis" valde dubium, quod conf. ap. *Lehm.* in Act. Hafn. 1808. t. 2.; indicatur a cl. *Host* in Dalmatia pr. Spalato al castello, quid sit nescio, forte *Nonnea?* Pro illo *O. stellulatum* misit *Dollin.* — Nec *O. tuberculatum Kit.* a *Sadl.* enumeratum possideo. — Icones dabo in Cent. IX. pl. crit.

CCCCXLIX. Ceranthe. *T. L. Wachsblume.* *Cal.* sepalis quinque inaequalibus. *Cor.* subcylindrica fauce nuda inflata. *Antherae* sagittatae. *Nuculae* basi rotundatae subbiloculares laeves.

§. Ceranthe: *cor. limbo inciso-5-fido, filam. subnullis, nuculis submonospermis:*

2323. C. minor *L.* corollis acute 5-fidis concoloribus, laciniis erectis, foliis albomaculatis. *Jacq.* austr. t. 124. *Rchb.* pl. crit. IV. f. 481. *C. acuta Mnch. C. minor Bauh. Clus.* CLXVIII. ic. Cor. sulphurea, punctum tamen spadiceum ad incisuras non semper desideratur. — *Auf Aeckern im südlichen Gebiete, im mittlern seltner, bis Dresden.* — Jun. Jul. ♂

* 2324. C. maculata *L.* corollis acute 5-fidis maculatis, laciniis erectis, foliis lanceolatis. *Rchl.* pl. crit. IV. t. 482. *C. quinquemaculata* „nomen specific. mutavi, ne quis credat eam nominatam esse ob maculas foliorum sed propter maculas quinque corollae, una ad singulam antheram saepe confluentes." *W. Kit. C. alp. perennis fl. striato Tournef. Giast. mont. Dalech.* II. p. 1209. ic. *Bauh.* hist. III. p. 603. Obstat omnino quod folia maculata dicat *All.* cujus reliqua congruunt. Icones certe praecedentis ap. *Clus.* et *Jacq.* habent folia maculata, cor. immaculatas, et ab ipso *All.* illi citantur, ut erasse videatur. Qui *C. maculatam L.* et *C. minoris β.* cum sequente jungant, in eo erant, quod illas cor. clausas dicat *Linnaeus*, et *W. Kit.*

tenbergius plantam suam foliis paulo asperiorem dixit ac *C. minoris*, sequens autem omnium laevissima est. Reliqua tamen *C. glabrae* conveniunt, propterea syn. ejus in dubio relictum. — *Auf Wiesen der Voralpen in den Karpathen oberhalb der Tannen, zwischen Knieholz am Drechselhäuschen nach Wahlenberg; im Veronesischen.* — Jun. Juli. ♂ 4

2325. C. glabra *Mill.* corolla acute 5-fida, laciniis apice reflexis, foliis glabris immaculatis. *C. alpina Kit. Rchb.* pl. crit. V. ic. 658. *C. suevica Martn.* Inter omnes laevissima, nec ciliata; cor. sulphurea, cingulo ante apices lato violaceo, inter specimina 156 maculas vix vidi separatas. — *Auf feuchtem Alpengerölle, am nördlichen Abhange im Algau, bei Wiblingen, an d. Iller b. Ulm: v. Martn. in den baierschen Alpen am Fusse des Linkerskopfs an 3500 Fuss hoch: v. Spitzel. Südtyrol: Seiseralpe auf den Rinderweiden, eine Viertelstunde vor der Mahlknechtshütte, am Fusse der schroffen Felswand links: Elsm. in der Schweiz: au-dessus de la chartreuse du Reposoir au M. Meiri; Jura: à la Sèche des Embornats dess. St. Georges, M. Bovannaz; um Trient und unter Lalex; Dalmatien: Petter.* — Mai. Jun. Octb. Nov. ♂ 4

b. Cerinthe: *cor. limbo truncato brevi et reflexi-5-dentato, nuculis dispermis:*

2326. C. retorta *Sibth. Sm.* corolla supra medium ventricosa adscendente, fauce constricta, antheris filamenta aequantibus. Fl. gr. t. 171. *Rchb.* pl. crit. VIII. ic. 981. *C. purpurea Vis.* Gracilior et tenuior ac sequens, cor. minor violacea, basi oreque flava, herba glauco-corruscans. — *Auf der Borava in Dalmatien: v. Welden.* — Juni. Jul. ☉.

2327. C. major *L.* corollae limbo campanulato ventricoso, filamentis anthera brevioribus *Gaertn.* 1. t. 67. f. 1. *Schk.* t. 30. *Lob.* ic. 397. Bot. Mag. 333. *C. glauca Mnch.* Herba glauco-corruscans, cor. livide-purpureae: *C. Fl. rubro purpurascente Bauh.* ex ipso *Linn.* — *Standorte im südlichen Gebiete zu bestimmen, häufig in Garten.* — Jun. Jul. ☉.

2328. C. aspera *Roth.* corollae limbo campanulato-ventricoso filamentis anthera longioribus. Fl. graec. t. 170. *Rchb.* pl. crit. VIII. ic. 983. *C. maj. β. flava. Clus.* CLXVII. Praecedente gracilior, asperior, cor. tubo vittis 3. longitudinalibus brunneis subconfluentibus, limbo filamentisque laete luteis; folia verruculosa viridia, vix albo-maculata. Jam *C. flavo fl. asperior Bauh.* et a *Linn.* ut β. praecedentis distincta, nusquam nisi reliquis non visis confundenda. — *An dürren Plätzen in Siebenbürgen, Istrien, Dalmatien, Friaul, Krain, Piemont, Novara, Standorte nur bei Vergl. mit 2327. u. 2329. zu bestimmen.* — Jun. Jul. ☉

2329. C. strigosa *Rchb.* corollis medio ventricosis utrinque contractis, externe ad singulam staminum insertionem bicarinatis plicatisque, filamentis anthera brevioribus. *Rchb.* pl. crit. VIII. ic. 984. *C. maj. versicol. fusc Clus.* CLXVII. *C. major Sturm* 12. *C. aspera Sieb.* cret. Maxima inter omnes, non raro bipedalis, herba pallide virens, folia immaculatis angustis pallidioribus picta, folia setis strigosa! cor. tubo angusto flavo, ventre amplissimo lasi filamentisque ferrugineis. — Omnes species in vivo ante observavi! — *Im südlichen Gebiete, vergl. conige.* — Jul. Aug. ☉

B. Borragineae: *Schizogynae quibus fornices in fauce:*

CCCCL. Myosotis. *L. Vergissmeinnicht. Cal.* campanulatus subaequaliter 5. dentatus aut 5. fidus. *Cor.* hypocrateriformis 5. loba. *Nucalae* laevissimae.

a. *Corollae limbo patulo:*

330. M. arvensis *Sibth.* corolla patula, calyce fructifero clauso, pedunculis longiore. Engl. b. 2558. *Rchl.* in *Sturm* Fl. 42. *M. scorp. arvensis Ehrh.* dec. *M. arenaria Schrk. M. verna Opiz.* nanosissima *Roehel.* cum *M. collina. M. stricta Lk. Echioides annua Mnch.* cum seq. — Reliquis humilior. villosa-hispida, simplex et in staudissimis jam a basi florens (cf. ic nostr.) aut multicaulis — *Auf Sandäckern, Brachen, in der Ebene in Menge.* — April. Mai. Aug. ☉

2330. **M. intermedia** *Link.* corolla patula, calyce fructifero clauso, pedunculis multo breviore *Rchb.* in *Sturm* Fl. 42. ic. opt. Sub *M. arvensi* Auct. sub *M. scorpioide α. arvensi L.* Spithamaea-pedalis, laxiflora, cor. parva coelestina, rarius alba, virginea persicina. — *Auf Aeckern, an dürren Anhöhen, Felsenrändern.* — Ende Mai, Juni. Einzeln im Aug. Sept. ♂

2332. **M. collina** *Ehrh.* corolla calyceque fructifero patulis, stylo brevissimo *Rchb.* ap. *Sturm* Fl. 42. *M. arvensis collina Ehrh. Hoffm. M. hispida Schlecht. arvensis Lk. filiformis Schl.* Reliquis tenerior, fere semper adscendens filiformis; corolla coelestina parva. — *An sonnigen Hügeln, Felsen.* — Apr. Mai. Einzeln im Aug. ⊙

2333. **M. versicolor** *Rchb.* corolla calyceque fructifero patulis, stylo longissimo, foliis supremis suboppositis. *Rchb.* in *Sturm* Fl. 42. Engl. bot. 480. fig. sinistr. (*nomen sequitur* 2558). Fl. dan. 583 fig. dxtr. Gracilis, caulis ad divisionem usque strictus ibique foliorum pari opposito! „*Rchb. M. versicoloris* et *collinae* characteres omnium primus rite determinavit.“ *Gaud.* Causam hujus repetitionis et citati alibi quaeras: cf. et *Fries* Novi. ed. 2. p. 62. — Huc *α.* cor. omnes luteae (nontamen *M. lutea Prs. Anch. lutea Cav.* ic. t. 69.) *β.* cor. virgineae luteae annulo faucis croceo, post anthesin coelestinis annulo kermesino. *γ.* cor. omnibus coelestinis annulo kermesino. — *Auf Triften, Aeckern, Wegründern. α. seltner, bei Camenz: Merker.* — Mai, Jun. einzeln im Aug. ⊙

b. *corollae limbo plano:*

2334. **M. sparsiflora** *Mik.* corollae lobis rotundatis, calycibus fructiferis regularibus, basi uncinato-[illegible], pedunculis demum reflexis. *Rchb.* in *Sturm* Fl. 42. Sola hujus seriei annua, retrorsum hispida, corollis minimis, ped. reflexis. — *An schattigen Orten, unter Gebüsch, vorzüglich an Bergabhängen in Ungarn, Oestreich, Siebenbürgen, Böhmen, Schlesien, Sachsen, Thüringen; Mecklenburg: nach Schulz.* — Mai, Jun. selten im Aug. ⊙

2335. **M. cespitosa** *Schulz* corollae lobis rotundatis, calycibus fructiferis regularibus (obtusis) caulibusque strigosis *Rchb.* in *Sturm* Fl. 42. *M. uliginosa Schrad. M. inundata R. S.* Caulis in ramos longissimos laxe adscendentes fere solutus, calyces maximi, partitiones profundae lanceolatae obtusae, cor. parva. — *An Teichrändern.* — Jun. — Sept. ♃

2336. **M. silvatica** *Ehrh.* corollae lobis rotundatis, calyce demum irregulariter 5-fido, dentibus adscendentibus. *α. racemis abbreviatis: M. alpestris* in *Sturm* Fl. 42. *β. racemis elongatis: M. silvatica Ehrh. Rchb.* in *Sturm* Fl. 42. *M. montana Bess. M. decumbens Host.* Nuperrime herbarii Schmidtiani possessor nos docuit *Schmidtium* in suam Fl. Boëm. plantas multas e Salisburgo recepisse, ego autem ex nimia fide plantas Boëmine in Fl. Bohemica quaesivi, hinc ille meus error! — Cor. laete coelestina, rarius alba: *M. lactea Bngh.* Caul. semper adscendentes, herba obscure viridis. Fol. rad. spatulata, saepe longe petiolata. Formae moustrosae sub pluviosa temperie corolla inclusa marcescens: *M. umbrosa Schl.* — *In schattigen Wäldern bis in die Gebirge.* — Juni, in höheren Gegenden noch später. ♃

2337. **M. suaveolens** *Kit.* corollae lobis rotundatis, calycibus fructiferis regularibus sericeo-strigosis, pilis caulinis divergentibus *Rchb.* in *Sturm* Fl. 42. *M. alpestris Sehm. Hook.* Lond. t. 145. *M. odorata Poir. M. rupicola Sm.* Engl. Bot. 2559. omnino! Herba parum adscendens aut saepius stricta, laetius virens, pili duriores, folia longiora acutiora, calyces in sicco subargentei, cor. majores saturate coelestinae. Odor Primulae. — *Auf Wiesen der Alpen und Voralpen.* — Jul. Aug. ♃

2338. **M. lithospermifolia** *Horn.* corollae lobis rotundatis, calycibus fructiferis regularibus uncinato-hispidis nervosis, pedunculis fructiferis erecto-patulis *Rchb.* in *Sturm* Fl. 42. Caul. pedalis et ultra, pilis flexuosis patentibus reversisque, fol. rad. oblonga longe petiolata, caulina lineari-oblonga, omnia strigulosa et longe ciliata obscure viridia: calyces [illegible] erecti, hispidi nec seric[illegible],

— *Auf Alpenwiesen, hier und da für vorige gehalten?* — Jul. Aug. 4

2339. M. repens *Don.* corollae lobis emarginatis, calyce demum irregulariter 5-fido *Rchb. Sturm* Fl. D. 42. *M. commutata R. S.* Quasi *M. silvaticam* et *palustrem* intermedia, illius calyx, hujus corolla et habitus, indumentem hispidum, stylus longus. Rad. hujus et sequentium repens. — *Im Schlamm in schattigen Laubwäldern.* — Juli — Sept. 4

2340. M. strigulosa *Rchb.* corollae lobis emarginatis calyce oblongo-campanulato 5-dentato, caule adpresse-striguloso. *Rchb.* ap. *Sturm* 42. pili caulis e sculptura vitiosi! Gracilior ac M. palustris, erecta, caul. basi saepe lividus, cor. lacte coelestina, formic. flavis; occurrit forma cor. minori. In Fl. helv. confusa, nuper eam observator sincerus, cl. *Trachsel* caute agnovit. — *Auf Aeckern.* — Jun. Aug. ⊙

2341. M. laxiflora *Rchb.* cor. lobis emarginatis, calyce breve campanulato 5-dentato, caule adpresse-ramis patenti-pilosis. *Rchb.* in *Sturm* Fl. 42. Elata gracilis, laxa, cor. magna aut minor saturatius coelestina; styl. e calyce exsertus, pedunculi calyce triplo-quadruplo longiores. Etiam a cl. *Lej.* et *Becker* bene distincta. — *Auf feuchten Waldwiesen, an Waldbächen.* — Mai. Jun. 4

2342. M. palustris *With.* cor. lobis emarginatis, calyce oblongo-campanulato 5-dentato, caule patenti-piloso. *Rchb.* ap. *Sturm* Fl. 42. Engl. Bot. 1973. Crassiuscula robusta, adscendens aut decumbens, styl. calyce, calyx vix pedunculo brevior, cor. major aut minor, laete coelestina, rarius alba, virginea persicina. — *In Sümpfen, an Bächen, Gräben.* — Mai, Jun. Aug. Sept. 4

CCCCLI. Lycopsis. *L. Krummhals. Cal.* 5-partitus. *Cor.* tubo incurvo limbo oblique 5-lobo. *Nuculae* rugulosae, basi impressae. — Fruct. erecti. —

2343. L. arvensis *L.* caule basi simplici, foliis lanceolatis, cor. tubo immerso. Engl. bot. 938. Fl. D. 435. *Schk.* t. 31. *Drev.* et *Hayne* V. 4. *Anchusa arvensis Lk.* et *Hffgg.* fl. Port et *MB.* Pedalis, hispidissima, cor. coerulea, rarius alba. — *Auf Aeckern.* — Jun. Aug. ⊙

2344. L. orientalis. *L.* basi subsimplex, ramosa, foliis ovato-oblongis semiamplexicaulibus verruculosis hispidis, repando-dentatis, racemis elongatis laxis. *Anchusa ovata Lehm. A. verrucosa Lej.* nec *Lam.* Praecedente laxior, minus hispida, cor. similis, coerulea. — *Unter d. Getraide b. Stembert in der Nähe von Verviers (Reg. von Aachen) Lejeune.* — Jun. Jul. ⊙

CCCCLII. Anchusa *L. Ochsenzunge. Cal.* 5-fidus. *Cor.* infundibularis aut hypocrateriformis, fauce fornicibus 5. contiguis. *Nuculae* rugosae basi impressae. — Fruct. erecti, in d. deflexi. — *Buglossum. T.*

a. Baphorrhiza *Lk. fornices abbreviati staminibus subjecti:*

2346. A. tinctoria *L.* adscendens caule foliisque lineari-oblongis hispidis canescentibus, floralibus ovato-lanceolatis divergenti-distichis, corollia exserta. Fl. graec. t. 166. *Sibth.*! et *Hayne* Arzng. X. 11. *Lithosp. tinctorium Audr.* Rep. t. 576. (*Lith. tinct. Vahl.* est pl. annua diversa; *Anch. tinctoria Seb.* Fl. cret. est *Lithosp orientale L.* cf. Fl. cret. 160. sed pariter *Baphorrhiza!*) *Alkanna tinctoria Tsch.* Fol. radicalia *Echii vulgaris*, cor. lacte coerulea. — *An Felsen in Flugsand in Sadangarn, Dalmatien; auf den Laganen, in Piemont, Novara.* — Mai. Jun. Jul. ♂

2345. L. variegata L. multicaulis adscendens, foliis undulato-repandis margine remote spinuloso-dentatis, racemis imbricatis, cor. tubo exserto, Fl. graec. t. 178. *Buglossum* etc. *Moris.* s. 11. t. 26. f. 10. cor. malae. *L. bullata Cyr.* fasc. 1. t. 11. f. 3. et ex speciminib. a cl. *Guss.* Tenuior praecedente, hispida, fol. obovato-lanceolata, cor. major, valde irregularis limbi lobis bin. sup. violaceis, ternis inf. coeruleis. — *Auf bebautem Boden, Schutt, an Mauern, im südlichsten Gebiete, in Dalmatien, um Zara: v. Welden; Istrien: Bias. auf den Inseln im adriat. M. Ins. Cherso: Sadl. um Nizza nach All.* — Mai. ⊙

b. Anchusa: *fornices prominuli papillosi:*

2347. **A. Barrelieri** *Bess.* erecta simplex, foliis oblongo-lanceolatis denticulatis hispidis, racemis conjugatis paniculatis bracteatis, calyce obtuso corollae tubum superante. B. Mag. 2349. *Barr.* ic. 333. *Buglossum Barrelieri All. Myosot. obtusa IV. Kit. t.* 400. Cor. parvae coeruleae. — *In Waldgegenden in Südungarn, im Bannat, Siebenbürgen, Galizien; in Piemont zwischen Rocarion u. Robilant, in der Valle della Stura, Novi: v. Charp. u. auf Hügeln der Novarese di Vergano.* — Mai. Jun. ♂

2348. **A. ochroleuca** *MB.* simplex, foliis lineari-lanceolatis calloso-punctatis strigosis subundulatis hispide ciliatis, spicis laxis, bracteis calyce brevioribus, calycibus tubum corollae aequantibus. B. Mag. 1608. Cor. ochroleuca. Reliquis longe mitior, minus hispida. — *In Syrmien, Siebenbürgen nach Bmg.* — Jul. Aug. ♂

2349. **A. leptophylla** *R. S.* spicis imbricatis congestis, bracteis lanceolatis, calycibus obtusis subsericeis; foliis anguste lanceolatis denticulatis strigosis, hispiditate caulis erecto-patente. *Rchb.* pl. crit. III. ic. 471. *A. angustifolia Sibth. Sm.* Fl. graec. t. 164. *Sims* B. Mag. 1897. *A. microcalyx Vis.* Cor. lacte cyanea, caul. strictus. — *An sandig-steinigen Plätzen im südlichsten Gebiete, Syrmien, dem Banat, Dalmatien, Istrien.* — Jun. Jul. ♂

2350. **A. arvalis** *Rchb.* spicis demum longissimis laxis, bracteis ovato-lanceolatis, calycis laciniis attenuatis acutis post anthesin erectis, foliis anguste lanceolatis, denticulatis, hispiditate caulis divergente. *Rchb.* pl. crit. III. ic. 470. — *A. angustifolia Schmidt* Fl. B. *Roth* et Florist. — *A. arvensis Tausch.* Fl. b. Z. (non *M. Bieb.*) *A. officinalis Bess.* Gracilior sequenti, calyc. fructigeri ovati, remoti, cor. azurea. — *An Aeckerrändern, Feldrainen.* — Mai — Jul. ♂

2351. **A. officinalis** *L.* spicis dense imbricatis, bracteis ovatis, calylibus acute 5-fidis, post anthesin globoso-conniventibus, foliis lanceolatis integerrimis planis, hispiditate caulis divergente. *Rchb.* pl. critic. III. ic. 469. *Blackw.* t. 112. *Plenck.* t. 79. *Hayne* A. I. 25. Fl. dan. 572. *Sturm* V. 18. Engl. bot. 662. *A. lycopsoides Bess.* — Robustior, obscurior, calyces demum bullati, cor. saturate violacea virginea rubella, occurunt varietates: cor. alba, cor. rubra, cor. incarnata: *A. incarnata Schrad.* cor. violaceo-alboque-variegata: *A. maculata Horn,* singulae per semina producendae. Observavi etiam formam lucide virentem. Var.? hominem alta est: *A. procera Bess.* — *Im mittleren und nördl. Gebiet an Aeckerrändern, hier und da mit voriger beisammen.* — Mai — Jul. ♂

2352. **A. sempervirens** *L.* racemis subcapitatis conjugatis foliosis, basi diphyllis, foliis ovalibus utrinque acutis. *Sabb.* Hort. rom. II. t. 23. Engl. Bot. t. 45. *Hook.* Fl. Lond. t. 91. Cor. coerulea. — *Auf magern Aeckern, und Rainen in Piemont, Montferrat.* — Jun. Jul. ♂

c. Buglossum *Gärtn. fornices exserti, penicillati:*

2353. **A. angustifolia** *L.* racemis conjugatis subsecundis, stylo demum calycem duplum longo, foliis lanceolatis hispidis. *Rchb.* pl. crit. VIII. ic. 807. (styl. in fig. B. justo brevior virgineus.) *Echii facie Bugloss. min. flore rubente Lob.* hist. 310. (*Barr.* 1207. quae vix eadem, eadem jure *A. offic.* forma angustifolia.) Cor. magna, purpurea, fornices candide barbati. — *Im Süden, z. B. an der Straße nach Saule und Capo d'Istria: Heynh. (ich beob. sie auch cultiv. u. besitze sie noch von Ten. u. Reyn.)* — Mai. Jun. Aug. Sept. ♂

2354. **A. paniculata** *Ait.* racemis conjugatis paniculatis, bracteatis, tubo corollae venosae styloque calycem excedentibus, caule foliisque lanceolatis strigoso-hirsutis vix tuberculatis. Fl. graec. t. 163. *Bugl. angustifolium Lob.* hist. 310. ic. *Anch. Alcibiadion Dod.* pempt. 618. ic. *A. italica Trew.* t. 18. *Bugl. amoenum Gärtn.* t. 67. *B. elatum Mnch. B. coeruleum Prs.* Tri-quadripedalis, cor. maximae dilute azureae, reticulato-venosae! fornices roseo-barbatae, cf. ic. Fl. graec. — *Im südlichsten Gebiete,*

Standorte bei Vergleichung mit Nr. 2355. *und* 2356. *zu bestimmen.* — Jun. Jul. ♂

2355. A. azurea *Mill.* racemis conjugatis demum corymbosis, tubo corollae styloque calycem aequantibus, foliis ovato-oblongis denticulatis undulatis tuberculato-strigosis. *Buglossa vulgaris Dod.* pempt. 617. ic. *B. italica Trag.* stirp. 252. ic. *Cirsium italicum Fuchs* hist. ic. *Buglossum vulgare Tsch. A. italica* Bot. Reg. 850. B. Mag. 2197. B. Cab. 1383. Cor. magna saturate azurea, absque venis. — *An Wegen, Weinbergen, Aeckern in Südungarn, Croatien, Dalmatien, Istrien, Friaul, Südtyrol.* — Mai. Juni. ♂

2356. A. italica *Rtz.* racemis conjugatis demum corymbosis basi bracteatis, tubo corollae styloque calyce brevioribus, foliis ovali-oblongis tuberculato-strigosis, superioribus ovatis acuminatis. *Rtz.* obs. Huc *Barr.* ic. 326! Cor. subimmersa, racemi breves, basi bracteis binis ovatis. Cor. minor, folia breviora, latiora, *Retzio* lucida. — *Oberitalien, Gegend von Pavia: Moretti.* — Mai. Jun. ♂

Obs. Icones dabo Cent. IX.

d. Buglossoides *Tsch. fornices longe exserti papillosi: fruct. deflexi:*

2357. A. verrucosa *Lam.* adscendens diffusa, foliis oblongis obtusis denticulatis verrucoso-hispidis, racemis laxis foliosis, calyce lineari-partito, cor. tubo immerso. *Lycops. aegyptiaca L. Asperugo aegyptiaca L. Jacq.* h. vind. III. t. 21. *Lycopsis Milleri Horn. Anchusa Milleri W. Lu. Lyc. obtusifolia W.* huj. cal. dicitur erectus sed demum omnino deflectitur. *Pulmon. chia — fl. albo Tourn. Anch. perlata Hort.* Cor. in vivo pallide carnea, fere alba, in sicco luteola: tubus rectus, fornices distincti. — *Im südlichsten Gebiete auf Aeckern und an den Strafsen in Dalmatien, Istrien, z. B. an den Strafsen von Rovigno* (Lyc. Milleri): *Bias.* — Juni. ⊙

2358. A. undulata *L.* simplex, foliis lineari-oblongis undulato-sinuatis spinuloso-hispidis, pedunculis bractea brevioribus, calycibus demum inflatis cernuis. Fl. graec. t. 165. Fl. Port. t. 32. Bot. Mag. 2119. Cor. atro-violacea. *Barr.* ic. 578, cum reliquis vix conjungenda, folia habet omnino linearia, cor. magnas, sed cum reliquis iconibus omnino convenit: *A. hybrida Ten.* — *Um die Stadt Pavia, nach Balb. u. Nocca, angeblich in der Gegend von Triest b. Bassowiza.* — Mai—Juli. ♂

CCCCLIII. Cynoglossum. *T. L. Hundszunge.* *Cal.* 5-partitus. *Cor.* infundibularis, fornicibus clausa. *Naculae* deplanae glochidatae, latere interiori stylo affixae. — Fruct. cernui. —

2359. C. montanum *Lam.* foliis lucidis sparsim hispidis subtus scabris, infimis elliptico-spatulatis, superioribus subcordato-oblongis. *C. silvaticum Hänke. Sm.* Engl. Bot. 1012. *C. officinale β. Linn. C. germanicum Jacq.* obs. *C. appeninum* Hörist. germ. *Col* Ephr. p. 175. ic. Pedale et ultra, laete virens, cor. violacea. — *Auf schattigen Waldgebirgen im südlichen Gebiete, Ungarn, Siebenbürgen, Oestreich, Oberitalien, Südschweiz, und am Harze: Hampe.* — Jun. Jul. ♂

2360. C. officinale *L.* foliis tenue tomentosis, radicalibus elliptico-spathulatis rameis cordato-lanceolatis, ramis arrectis, cor. aveniis. *Black.* 32. Engl. Bot. 921. Fl. D. 1147. *Hayne* Arzneyw. I. 26. *Schk.* t. 30. *Sturm* I. 9. Bipedale, cor. spadicea. Var. *C. hirsutior W.* En. fol. angustioribus, cor. alba, disco purpureo. — *An Mauern, Schutt, β. seltner, mehr im Süden.* — Mai — Juli. ♂

2361. C. pictum *Ait.* foliis acutis subtomentosis, infericribus oblongis in petiolum attenuatis, superioribus subcordato-lanceolatis amplexicaulibus, ramis patentibus, corollis reticulatis. Bot. Mag. 2431. Fl. Port. 24. *C. cheirifolium Jacq.* (*non L.*) *C. creticum Vill. All. C. amplexicaule Lam.* Laxius ac antecedentia, cor. dilate coerulea violaceo-venosa, fornices sanguinei. — *Im südlichsten Gebiete an Wegen, Hügeln, Dalmatien: v. Welden, Istrien. Sadler, Friaul: Heynh. Oberitalien.* — Mai. Jun. ♂

2362. C. cheirifolium *L.* corollis calyce duplo longioribus, foliis lanceolatis sericeo-tomentosis. *Rchb.* pl. crit. IX. ic. 1050. Folia *Cheiranthi annui L.*, cor. rosea, fornices magis rubri-

luctus tota superficie glochidatus, male igitur *Anchusae lanatae* subsumtum. Proximum est *C. magellense Ten.* — *Nizza, bei Lucerame in Piemont (die meinigen von Montpellier).* — Mai. Jun. ☉

CCCCLIV. Mattia. *Schult. Mattic. Cal.* lineari-5-partitus. *Cor.* infundibularis tubo pentagono, limbo lineari-5-partito, fornices emarginati. *Stam.* exserta. *Nuculae* circumalatae. — Fruct. erecti. —

2362. M. umbellata *Schult.* foliis lineari-lanceolatis cano-pubescentibus, floribus umbellato-corymbosis, corollis vix exsertis, laciniis limbi obtusis, nuculis laevibus. *Symphyt. regium Gm.* syst. *Gm.* it. III. t. 36. f. 1. *Cynogloss. umbellatum W. Kit.* t. 148. Stricta, pedalis, inflorescentia albo-lanata, cor. immersa e flavo rubella fornicibus purpureis. — *Auf Sandhügeln im Banat, zwischen Deliblat und Dubovatz: Sadler.* — April. Mai. ♂

CCCCLV. Omphalodes. *T. Gedenkemein. Cal.* 5-partitus. *Cor.* rotata, fauce formicibus clausa. *Nuculae* stylo affixae, patériformes. — Fruct. laxe erecti. — *Omphalium Rth.* —

2363. O. scorpioides *Lehm.* caule diffuso, foliis lanceolatis scabris, pedunculis axillaribus unifloris. *Cynogl. Scorpioides L. Sturm* D. Fl. 21. Habitus Myosotidis fere sparsiflorae, cor. coelestina. — *Unter Gebüsch, an schattigen Felsen in Ungarn: nördlich am Johannisberge, Pilisberge; Mähren, Oestreich, Wien am Galizinsberge, Galizien, Böhmen bei Prag, Melnik; Sachsen: b. Dresden; Schlesien: Skarsine, Sibyllenort, Charlottenbrunn, Donnerau; Franken: bei Schweinfurt, zwischen Werthheim und Würzburg.* — April. Mai. ♃

2364. O. verna *Mnch.* foliis radicalibus ovato-cordatis, caulinis ovatis petiolatis. *Cynogl. Omphalodes Linn. Scop.* t. 3. *Sturm* D. Fl. 21. *Drev.* et *Hayne* II. 53. Cor. Myosotidis suaveolentis. — *In Wäldern in Ungarn, Siebenbürgen, Croatien, Oberitalien um Bassano, im Vicentinischen, zwischen Intra und Pallanza in Piemont, auf d. Apeninen, della Bocchetta, im Friaul b. Cividale, Krain, Salzburg.* — April. Mai. ♃

CCCCLVI. Eritrichium. *Schrad. Himmelsherold. Cal.* 5-partitus. *Cor.* hypocrateriformis, fauce formicibus clausa. *Rec.* conicum. *Nuculae* triquetrae affixae, laeves, opacae, carinatae, facie concava, margine uniseriatim aculeolatis, umbilico punctiformi. — Fruct. erecti. —

2365. E. nanum *Schrad.* *Myosotis nana Vill.* delph. t. 13. *Rchb.* ap. *Sturm* Fl. 42. *M. terglavensis Hacq.* alp. t. f. 6. *M. pauciflora Wulf.* Humillimum cespitosum, villosum, caulis 1—2 poll. fol. anguste lanceolata, racemus pauciflorus, cor. *Myosot. suaveolentis* fere major, laetissime coelestina. — *Nächst den Gletschern auf den höchsten Urgebirgsalpen 9—10,000 Fuss hoch in Steyermark, im Lungau auf dem hohen Gailing und Gurpitschek: Sauter, in Krain auf dem Terglou: Hacq. Ortatscha: Sieb. Salzburg nach Hoppe, Siebenbürgen; Schweiz, im Vallis: Valle St. Nicolai, Zermatten, M. Sempronio, über Saaz, M. Moro, Furca di Bosco; am Baldo, im Veronesischen, Südtyrol um d. Suga-Thal: M. Cenis, Novarese um die Valle Sesia, im Friaul auf dem M. Cren nach Suffr.* — Jul. Aug. ♃

CCCCLVII. Echinospermum. *Sw. Igelnüsschen. Cal.* 5-partitus. *Cor.* hypocrateriformis, fauce fornicibus clausa. *Nuculae* triquetrae, stylo affixae, margine sub-duplici serie glochidatae. — Fruct. erecti, in 2368. cernui. — *Lappula Mnch. Rochelia R. S.* —

2366. E. Lappula *Sw.* erectum, cano-villosum, racemis subfastigiatis, fructu erecto, nuculorum glochidibus biserialibus subliberis, cal. laciniis linearibus corollae tubum aequantibus. *Rchb.* in *Sturm* Fl. 43. *Myosot. Lappula L.* cum seq. *Rochelia — R. S. Lappula Myosotis Mnch.* Pedalis, mollis, „herba tota insigniter canopilosa" *Whlnb.* cor. *Myosotidis intermediae*, fructus pallide virens, demum testaceus, disco dorsali ovato albide granulato. — *Auf Mauern und Schutt, hier und da.* — Juli — Sept. ☉ ♂

2367. E. squarrosum *Rchb.*

erectum, obscure virens hirsuto-bispidum, ramis divergenti-ramosis, nuculaarum glochidibus biserialibus subliberis. cal. laciniis lanceolatis, corolla immersa. *Rchb.* in *Sturm* Fl. 43. *Myos. squarrosa Rtz. non M. B.* sub *M. Lappula Linn.* et Auct. Fl. dan. t. 692. Quidquid dicant, nonnisi in herbariis potest confundi, nec hoc clara die fieri potest. Postquam examinaveris novas altaicas ab ill. *Ledebour* detectas, etiam de nostra Tibi habebis persuasum. Robustior praecedente, hispiditas durior, fructus virides demum fusci aliter formati, cor. tubus brevior. — *Auf Mauern, Schutt.* — Juli — Sept. ⊙ ♂

2368. E. deflexum *Lehm.* adscendens, racemis laxis, fructu deflexo, nucularum aculeis glochidatis marginalibus tertia parte connatis uniserialibus. *Rchb.* in *Sturm* D. Fl. 43. *Myosotis deflexa Wahlnb. Rochelia — R. S. M. squarrosa Kit. Thomas. Schleich. Ech. patulum Schl.* cat. nec al. — Caulis debilis, cor. tubus brevissimus, fornices vix plicae; planta junior *Myos. collinum* refert. Subesse videntur species binae, certe planta altaica insigniter differt indumento, cor. magna et membrana nucularum latiore, etiam cl. *Gaud.* distinguit vulgarem parviflo-ram, cor. exigua Lappulae, in sicco mox decolorata, et *β. grandiflo-ram* cor. Myosotidis palustris colore splendido et durabili, calycem multities superante. — *Unter Gebüsch an Felsvorsprüngen, vorzüglich der Kalkgebürge in den Carpathen bei Leutschau in Liptow 1850 Fuss Höhe: Wahlnb. b. Wien: Briel: Saut. Guttenstein: Hfmst. Baden (β.) Wahlnb. Steyermark, Schlesien: am Uhustein bei Einsiedel im Gesenke: Gnth. Mähren: Adamsthal bei Brünn: Hchst. am Harz: Hampe, in Sachsen bei Elsterberg: Rossmässler, Schweiz: Lauterbrunner Thal: v. Charp. Valle Nicolai: Thom. oberh. Lax: Schl. im hintern Rheinthale zwischen Tamins und Thusis nach May. und Br.* — Jun. Jul. ♂

CCCCLVIII. Rochelia. *Rchb. Rochelle. Cal.* 5-partitus. *Cor.* infundibularis 5-loba, fauce fornicibus clausa. *Nuculae* binae obliquae, receptaculo rostrato adnatae et connatae, uniloculares monospermae stellato-verrucosae. — Fruct. erecti. — Cf. Fl. B. Zeit. 1824. p. 243.

2369. R. stellulata *Rchb.* pl. crit. II. ic. 236. 237. *Lithosperm. dispermum L.* dec. *H. Cliff.* t. 7. Habitus *Echinosp. Lappulae*, cor. Myos. collinae, calyce fere duplo brevior. — *An sonnigen Plätzen des Berges Choes in Ungarn: Rochel Hb.* — *blühte im Garten:* Jun. Jul. ⊙

CCCCLIX. Asperugo. *T. L. Schärfling. Cal.* 5-fidus, laciniis basi sinuato-dentatis, demum auctis, compressis. *Cor.* infundibularis fauce fornicibus clausa, limbo 5-lobo. *Nuculae* quaternae ovatae depressae cartilagineo-verruculosae, receptaculo rostrato adhaerentes.

2370. A. procumbens *L.* Fl. dan. 552. *Schk.* t. 31. Engl. Bot. 661. Fl. graec. t. 177. *Col.* Ephr. p. 183. f. 1. Subdichotoma, hispida, cor. Myosotidis; cal. maximi quasi cristati. — *Auf bebautem Boden, Schutt, schattigen feuchten Abhängen an Bergen, nicht gemein.* — April — Juni. Sept. ⊙

CCCCLX. Borrago. *T. L. Borretsch. Cal.* 5-partitus post anthesin clausus. *Cor.* rotata 5-partita, fauce fornicibus clausa. *Nuculae* rugosae in receptaculo excavato, basi excavatae, in cavitatis medio umbilicatae.

※ 2371. B. officinalis *L.* foliis omnibus alternis, calycibus patentibus. Engl. Bot. 36. *Schk.* t. 31. *Sturm* I. 8. *Blackw.* t. 36. *Hayne* Arzg. III. 38. Herba succosa hispida, cor. azurea, rarius alba, antherae atrae. — *Aus dem Oriente, hier und da auf bebautem Boden verwildert.* — Juli — Sept. ⊙

CCCCLXI. Symphytum. *T. L. Beinwell. Cal.* 5-partitus. *Cor.* cylindraceo-ventricosa, fornicibus radiato-conniventibus elongatis. *Nuculae* ovatae laeves annulo basilari excavato.

2372. S. tuberosum *L.* simplex, foliis ovatis semidecurrentibus, summis oppositis, cor. dentibus reflexis fornicibus inclusis. *Jacq.* obs.

3. t. 63. ei. aust. t. 225. Engl. Bot. 1502. Pedale, rad. tuberosa, cor. lutea. — *In schattigen Bergwaldungen an Vorhölzern, in Ungarn, Oestreich, Mähren, Böhmen, Schlesien. Sachsen: b. Dresden, Salzburg, Baiern; im südl. Gebiet mit folg. zu vergleichen.* — April. Mai. Juni. 4

2373. S. macrolepis *Gay*: subramosum, corollae dentibus ovatis erectis, fornicibus exsertis. *S. bulbosum Schimp.* („le nom est tout à fait impropre" *Gay.*) *Rchb.* pl. crit. III. 367. *S. punctatum Gaud. S. filipendulum Bisch. S. Clusii Gmel.? S. tuberos. minus Clus.* CLXVI. *S. tuber. Bauh.* hist. 594. *S. tub. β. exscidum Lois.* Praecedenti simile, cor. lutea, radicis tubera subglobosa. — *An Weinbergen bei Heidelberg u. in der Pfalz: Schimper; im südlichen Gebiete mit voriger.* — Mai. Juni. 4

2374. S. orientale *L.* ramosum, foliis ovatis (aut subcordatis) petiolatis, supremis oppositis sessilibus, corollae limbo campanulato obtuse 5-dentato. *S. taricum W. Rchb.* pl. crit. III. ic. 422. B. Mag. 1787. *Jcq.* Pelag. 81. *S. bullatum Horn. S. tuberosum majus Clus.* CLXVI. (valde vesicata!) *S. constant. Borrag. fol. et facie, f. albo Tourn.* voy. II. 14. *Bauh.* t. 68. Pedale, cor. albae, in statu juniori racemi cernui (cf. ic. nostr.) in adultiori racemi perrecti, et fl. superiores erecti (cf. ic. *Clus.* et *Curt.*). — *In Ungarn nach Clusius.* — Mai. Jun. 4

2375. S. cordatum *W. Kit.* simplex, foliis petiolatis, cordato-acuminatis corollae limbo ampliato. *Rchb.* pl. crit. III. 395. *Waldst. Kit.* t. 7. *S. cordifolium Baumg.* Cor. lutea, folia latissima. — *In Ungarn in Nadelwäldern im Biharischen Comitat bei Rezbany: Kit. in Siebenbürgen bei Zalathna: Bmg. in Galizien bei Cracau nach Bess.* — Mai. Juni. 4

2376. S. officinale *L.* superne ramosum, foliis ovato-lanceolatis decurrentibus, calyce tubum corollae aequante, adpresso; fornicibus acuminatis stamina excedentibus, stylo recto. Engl. Bot. 817. Fl. D. 664. *S. bohemicum Schm.* fl. alb. Rad. fasciculata, fibrae crassae napiformes, nigrae, caul. bipedalis et ultra, succosus, hispidus; cor. alba aut violacea, utrumque enim colorem etiam separata specie sequente admitto, quum coloris transitus in locis quibusdam pateat. — *Auf Wiesen, Grasplätzen.* — Mai. Juni. 4

* 2377. S. patens *Sibth.* superne ramosum, foliis ovato-lanceolatis decurrentibus, calyce tubo corollae breviori patente, fornicibus obtusis stamina aequantibus, stylo sub stigmate genuflexo. *S. officinale Schk.* t. 30. *Sturm* 17. *Flora* Arzng. III. 37. Sv. Bot. 418, in omnibus tamen characteres non satis distincti. Species mihi non clara, a cl. *Becker* notis supra citatis momentosis iterum distincta et ulterius observanda. Hujus cor. semper violaceam dixit. — *Auf Wiesen, Grasplätzen.* — Mai. Juni. 4

C. Hydrophylleae: *hologynae, stylo apicali:*

